

DE DIPLOMATICA HISPANO VISIGODA:  
COLECCION DOCUMENTAL

por

ANGEL CANELLAS LOPEZ

S U M A R I O

I. Introducción. — II. Notas sobre la edición. — III. Tabla de abreviaturas utilizadas. — IV. Colección diplomática. — V. Índice tipológico diplomático.

I. INTRODUCCION

En 1974, con ocasión de una miscelánea de estudios ofrecida por la Universidad de Granada al profesor Antonio Marín Ocete, publiqué un trabajo bajo el título «De diplomática hispano-visigoda», en que me propuse ofrecer un estado de la cuestión sobre tema que ya me había preocupado en 1944. La naturaleza de la publicación en que apareció tal ensayo no era propicia para editar en la misma los oportunos textos documentales en que se apoyaban las aseveraciones formuladas; por otra parte, salvo en muy contados casos, los 231 documentos hispano-visigodos alegados eran conocidos de los lectores eruditos y por ello me limité en un párrafo num. 23 del mencionado trabajo a presentar un regesto completo de la documentación de referencia.

Ahora bien: creo incompleto mi trabajo de 1974: la variedad de publicaciones en que se editaron aquellos textos documentales (exceptuados cuatro de ellos que permanecen inéditos), la rareza y dificultad de consulta bibliográfica de sus ediciones y alguna otra razón que no es del caso, me han decidido a presentar en un solo volumen esta Colección diplomática hispano visigoda.

Este complemento del estudio «De diplomática hispano-visigoda», contiene además de los textos documentales, un índice tipológico diplomático y la reproducción facsimilar de cinco documentos originales extendidos en pergamino, dados ya a conocer por su descubridor contemporáneo el profesor Mundó.

## II. NOTAS SOBRE LA EDICION

Los textos diplomáticos hispano-visigodos, aparecen ordenados cronológicamente conforme al regesto ofrecido en el estudio ya citado de 1974. Cada uno lleva como encabezamiento un número correlativo (salvo los primitivos números 42 y 59 sustituidos por otros por las razones que luego se mencionan), mas la data y el lugar de emisión: data y lugar se mencionan entre claudatores en caso de atribuciones que suplen el silencio del texto conservado. Sigue de inmediato en cada pieza un título convencional en breve rúbrica redactada en latín y que define la naturaleza jurídica diplomática del documento; a continuación se consigna la fuente transmisora del texto, por supuesto si es caso la original, y en la generalidad de las ocasiones la más conocida, añadiendo informe sobre el lugar en que actualmente se conserva, su grado de ingenuidad diplomática, naturaleza de su soporte y en su caso dimensiones de éste. Por último se menciona la edición en que se basa esta reedición, preferentemente la más reciente conocida, en la que se consignan generalmente datos codicológicos y bibliográficos.

Nótese que en algunos textos se edita tan solo aquella parte de interés diplomático, como son los protocolos y escatocolos, y se suprimen partes dispositivas carentes de interés para el propósito diplomatasta de este estudio: así, de los textos conciliares solo se recogen los retazos formulados y se indican con ... los lugares omitidos, aunque entre paréntesis se haga en todo caso un brevísimo extracto del contenido de éstos.

En estas reediciones se han respetado las normas y convenciones tipográficas al uso: así, solamente en piezas originales se señalan las separaciones entre renglones; se indican con ... parajes no conservados en la tradición de los textos, procurando que su extensión tipográfica responda aproximadamente a los huecos originales desaparecidos; por supuesto se encierran entre claudatores aquellas suplencias que imagina hipotéticamente el editor o el autor de esta colección. Nótese que ciertas intitulaciones intercaladas originariamente en los contextos se editan en tipos itálicos.

Al preparar la reedición de estos textos documentales visigodos, se han efectuado ciertas correcciones en orden a la datación de algunas piezas, lo que ha motivado el relegamiento de algunas de ellas a otro lugar de la colección a fin de mantenerlas dispuestas en orden cronológico; pero para evitar un desplazamiento total de

gran parte de la numeración correlativa utilizada en nuestro trabajo «De diplomática hispano-visigoda» y *regesto* que en él figura y al que se remiten todas las citas de aquel estudio, hemos preferido suprimir en esta colección los números del regesto 42 (que ahora figurará con el número duplicado 93 b) y 59 (que ahora figura dividido en dos piezas, los números 93 a y 93 c). Estas rectificaciones cronológicas se inspiran en las datas propuestas por el editor HARTMANN, *Gregorii I Papae registrum epistularum*, donde el antiguo documento 42 y el también aludido 59, que en nuestro estudio figuraban con las datas respectivas años probables 590-5 y 590-600, ahora reciben data más precisa de año 603, mes de agosto. En cuanto al actual número 93 c, se trata de documento de agosto de 603, consistente en un *Exemplum legis*, que en el regesto del estudio figuraba sin número propio en forma de apéndice del antiguo documento núm. 59.

Figura incluida en esta colección una nueva pieza, olvidada en el primitivo regestum, la número 119 a, tomada de una pizarra original hoy conservada en el Departamento de Arqueología de la Universidad de Barcelona, procedente del pueblo de Diego Alvaro y que dio a conocer el profesor Mundó en el año 1971, después de que fuera redactado nuestro trabajo «De diplomática hispano-visigoda».

Quede por último constancia de haberse consultado la obra de M. DÍAZ, *Index scriptorum latinorum medii aevi hispanorum*, Salamanca 1958, puesta al día en su caso con bibliografía posterior referida en el elenco de la adjunta Tabla de abreviaturas utilizadas; también se han tenido en cuenta para los textos de las 46 fórmulas visigóticas la extraordinaria edición de J. GIL en su *Miscellanea wisigothica*, Sevilla 1972, pp. 70-112, que se cita bajo las siglas MW.

### III. TABLA DE ABREVIATURAS UTILIZADAS

A.	= archivo.
AG	= SÁENZ DE AGUIRRE, J. <i>Collectio maxima conciliorum omnium Hispaniae...</i> Roma, 1693-95.
AHN	= Archivo Histórico Nacional de Madrid, sección de clero, código 1452 b.
arch.	= archivo.
B.	= Biblioteca.
bibl.	= biblioteca.

BM	= British Museum.
BN	= Biblioteca Nacional.
C.	= capitular.
<i>carp.</i>	= carpeta.
CD	= «La Ciudad de Dios».
CIL	= <i>Corpus Inscriptionum Latinarum</i> , Berlín.
<i>cod.</i>	= códice.
<i>col.</i>	= colección.
cms.	= centímetros.
<i>cop.</i>	= copia.
Ch. LA	= A. BRUCKNER y R. MARICHAL, <i>Chartae latinae antiquiores</i> , I, Lausanne 1954.
D	= M. C. DÍAZ DÍAZ, <i>Un document privé de l'Espagne wisigothique sur ardoise</i> , en «Studi medievali», I, Spoleto 1960.
<i>doc.</i>	= documento.
DZ	= M. C. DÍAZ DÍAZ, y otros, <i>Excavaciones en la «Lancha del Trigo»</i> , <i>Diego Alvaro, Avila</i> , en (Zephyrus), IX, Salamanca 958.
E	= P. EWALD y L. M. HARTMANN, <i>Gregorii papae registrum epistolarum</i> , Berlín 1891-1900, 2 vols. en MGH, <i>Epist. I-II</i> .
<i>ed.</i>	= edita.
ES	= E. FLÓREZ, <i>España Sagrada</i> .
F	= F. FITA, en «Boletín de la Real Academia de la Historia».
<i>fol.</i>	= folio.
<i>form.</i>	= fórmula.
<i>frag.</i>	= fragmento.
GM	= M. GÓMEZ MORENO, <i>Documentación goda en pizarra</i> , Madrid 1966.
IHC	= E. HÜBNER, <i>Inscriptiones Hispaniae christiana</i> e, Berlín, 1871.
IHCS	= E. HÜBNER, <i>Supplementum</i> , Berlín, 1900.
IHL	= E. HÜBNER, <i>Inscriptiones Hispaniae Latinae</i> , Berlín, 1869.
M	= Madrid.
MI.	= MILLARES CARLO, Agustín, <i>Consideraciones sobre la escritura visigótica cursiva</i> , León, 1973
M M	= MALUQUER DE MOTES, J., <i>Carta arqueológica de España: Salamanca</i> , Salamanca, 1956.
mm	= milímetros.

*Diplomática Hispano Visigoda*

ms	=	manuscrito.
munic.	=	municipal.
MU	=	MUNDO MARCET, Manuel, <i>Pizarra visigoda de la época de Khindasvinto (642-649)</i> , en «Festschrift Bernhard Bischoff», Stuttgart, 1971, pp. 81-89.
MU. DV.	=	MUNDO MARCET, Manuel, <i>Los diplomas visigodos originales en pergamino. Transcripción y comentario, con un regesto de documentos de la época visigoda</i> . Barcelona, 1974.
MW	=	GIL Johannes, <i>Miscellanea wisigothica</i> , Sevilla, 1972. <i>Formulae</i> , pp. 70-113.
núm.	=	número.
or.	=	original.
pág.	=	página.
perg.	=	pergamino.
PL	=	J. P. MIGNE, <i>Patrologiae cursus completus, Series latina</i> , París, 1844-1855.
pp.	=	páginas.
R	=	R. P. ROBINSON, <i>Manuscripts (S. 29) and 107 (S. 129) of the municipal library of Autun</i> , N. York, 1939.
RAH	=	Real Academia de la Historia.
s.	=	siglo.
S	=	P. DE SANDOVAL, <i>Primera parte de la fundaciones de la Orden de San Benito en España</i> , 1601.
SRM	=	<i>Scriptores rerum merovingicarum</i> , en MGH. <i>Script.</i>
U	=	R. DE UREÑA, <i>La legislación gótica-hipana. Estudio crítico</i> , Madrid, 1906.
UC	=	UBIETO ARTETA, Antonio, <i>Cartulario de San Juan de la Peña</i> , I, Valencia, 1962.
V	=	J. VIVES, <i>El oracional mozárabe de Silos</i> , en «Analecta Sacra Tarraconensis», XVIII, 1945.
VC	=	J. VIVES, T. MARÍN y G. MARTÍNEZ, <i>Concilios visigóticos e hispano-romanos</i> , Barcelona-Madrid, 1963.
VI	=	J. VIVES, <i>Inscripciones cristianas de la España romana y visigoda</i> , Barcelona, 1942.
ZF	=	K. ZEUMER, <i>Formulae visigothicae</i> , en MGH, <i>Form.</i> Hannover-Leipzig, 1800.
ZLV	=	K. ZEUMER, <i>Leges Wisigothorum</i> , en MGH, <i>Leges</i> . Hannover, 1902.

I V. COLECCION DIPLOMATICA

1

[saec. V]

[LERILLA]

NOTITIA ASRIPTIONIS

- LERILLA (Ciudad Rodrigo), *col.* S. Tella. *Or.* pizarra, 95 × 140 mm.  
— *Ed.* GM. núm 1.

Uincentius II / Bonifatius II / Bitorius I / Profidentius I /  
Ferbodius I / Perpius M.

2

[saec. V-VI]

CARTULA LIBERTATIS

- M. BN. *ms.* F. 58. *Cop.* s. XVI.  
— *Ed.* ZF. y MW, núm. 2.

Ill. ill. liberto nostr[o] salutem [Incer]tum uitae tempus quo  
mortali ducimur<sup>†</sup> nulli cognitus est dies, quia nec initium nas-  
cendi nouimus dum in hac uita uenimus nec finem scire possumus  
dum a seculo presenti transimus. Haec res nos excitat ut aliquem  
beneficium ante Deum inuenire mereamur. Quamobrem ingenuum  
te ciuclque Romanum esse constituo atque decerno, ut ab hodierno  
die ubiubi manendi, uiuendi laremque fouendi uolueris, liberam  
in Dei nomine habeas potestatem. Nam et ut haec libertas plenis-  
simam habeat firmitatem, do et dono tibi hoc et illud cunctoque  
peculio...

506, 2 FEBRERO

TOULOUSE

MANDATUM ALARICI II REGIS.

— PARÍS, BN, ms. 4405, *passim*. Cop., s. XI  
— Ed. ZLV, pp. 465-7.

*Praescriptio.* In hoc corpore continentur leges sive species iuris de Theodosiano vel de diversis libris electae vel, sicut precepitum est, explanatae anno xxii regnante domno Alarico rege, ordinante viro inlustre Goiarico comite.

*Commonitorium Alarici regis. Exemplar auctoritatis.* Commonitorium Timotheo viro spectabili comiti. Utilitates populi nostri propitia divinitate tractantes hoc quoque, quod in legibus videbatur iniquum meliore deliberatione corrigimus, ut omnis legum Romanorum et antiqui iuris obscuritas adhibitis sacerdotibus ac nobilibus viris in lucem intellegentiae melioris deducta resplendeat ac nihil habeatur ambiguum, unde se diurna aut diversa iurgantium impugnet obiectio. Quibus omnibus enucleatis atque in unum librum prudentium electione collectis haec quae excerpta sunt vel clariori interpretatione composita venerabilium episcoporum vel electorum provincialium nostrorum roboravit adsensus.

Et ideo secundum subscriptum librum, qui in thesauris nostris habetur oblatus, librum tibi pro discingendis negotiis nostra iussit clementia destinari, ut iuxta eius seriem universa causarum sopiaatur intentio nec aliud cuicunque aut de legibus aut de iure liceat in disceptatione proponere nisi quod directi libri et subscripti viri spectabilis Aniani manu, sicut iussimus, ordo complectitur.

Providere ergo te convenit, ut in foro tuo nulla alia lex neque iuris formula proferri vel recipi presumatur. Quod si factum fortasse constiterit, aut ad periculum capitis tui aut ad dispendium tuarum pertinere noveris facultatum.

Hanc vero praceptionem directis libris iussimus adhaerere, ut universos ordinationis nostra et disciplina teneat et poena constringat.

Recognovimus.

Data iiiii nonas februarii, anno xxii Alarici regis Tolosae.

*Subscriptio.* Anianus vir spectabilis ex praceptione gloriosi Ala-

rici regis hunc codicem de Teodosiani legibus atque species iuris vel diversis libris electum, Aduris anno xxii eo regnante edidi atque subscripsi.

Anianus vir spectabilis ex preceptione domni nostri gloriosissimi regis Alarici, ordinante viro magnifico et inlustri Goiarico comite, hunc codicem legum iuris secundum authenticum subscriptum vel in thesauris editum supscripti et edidi sub die iii nonas februarii, anno xxii domino nostro Alarici regis.

4

516, 6 NOVIEMBRE

TARRAGONA

CONSTITUTIONES SYNODI TERRACHONENSIS

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 137 a — 138 b. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC. pp. 34-38.*

In nomine domini Jhesu Christi.

Habita synodus Terracona anno sexto Teodorici regis, consulatu Petri, sub die viii idus novembbris.

Antiqua patrum statuta de his censuisse videntur, quae in tempore aut ad illos relata pervenerunt aut certe acta testimonio proprio comprobaverunt.

Cuius rei et nos sequentes exemplum, illa quae hunc fiunt placuit observanda decernere, ut praeterita absque ambage custodiatur, et praesentia observatione sint firma.

Igitur quum in unum pariter convenissemus in urbem Terraconensem quae est metropolitana, observatione fundata titulos subter annesos conscribimus observando.

(... 13 cànones contra la mundanalidad de los clérigos, dedicación a negocios ; se autoriza su actuación como árbitros salvo en causas criminales...).

Iohannes in Christi nomina episcopus Terrachonensis civitatis constitutiones a nobis conscriptas subscripsi.

(...) (suscriben 10 obispos).

N. in Christi nomine, episcopus X civitatis subscripsi.

517, 10 JUNIO

GERONA

CONSTITUTIONES SYNODI GERUNDENSIS

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2 fol. 138 b — 138 d. Cop.* de 976.  
— *Ed. VC,* pp. 39-41.

In nomine Christi.

Synodus habita Gerunda, anno septimo Theodorici regis, sexto idus iunias, Agapito viro clarissimo consule.

(... 10 cánones sobre vida sexual de los clérigos y laicos que deseen ordenarse sacerdotes; otros sobre rito y disciplina eclesiásticas...).

Ita nobis placuit, ut...

Iohannes in Christi nomine episcopus subscripsi.  
(...suscripción de 7 obispos sin cita de sedes...).

527, 17 MAYO

TOLEDO

CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI

— EL ESCORIAL, *ms. D. I., 2, fol. 143 d — 145 a. Cop.* de 976.  
— *Ed. VC,* pp. 42-52.

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Synodus habita in civitate Toletana apud Montanum episcopum, sub die XVI calendas junias anno quinto Amalarici regis, era D. LX.V.

Cum in voluntate Domini apud Toletanam urbem sanctorum episcoporum praesentia convenisset, et de institutis patrum cano-numque decretis commemoratio haberetur, id nobis in unum positis placuit:

(...Acuerdos sobre celibato y educación de clérigos, clérigos que desean cambiar de iglesia, posibilidad de enajenar bienes raíces de iglesias, incesto...).

Similiter placuit:  
(...).

*Angel Canellas López*

Illud vero preterea speciali ordine decrevimus: ut...  
(...).

Sane iuxta priorum canonum decreta concilium apud fratrem nostrum Montanum episcopum, si Dominus voluerit, futurum prouertiamus, ita ut frater et coepiscopus noster Montanus, qui in metropoli est, ad comprovinciales nostros Domini sacerdotes litteras de congreganda synodo adveniente tempore debeat destinare.

Nunc ergo in nomine Domini finitis his quae in conlatione venerunt, gratias agimus omnipotenti Deo, deinde Domino glorioso Amalarico regi divinam clementiam postulantes, qui innumeris annis regni eius ea quae ad cultum fidei pervenient perangendi nobis licentiam praestet, amen.

Montanus in Christi nomine episcopus his constitutionibus adquievi, relegi, et subscripsi die et anno quo supra.

(...*Suscripciones de 8 obispos...*).

7

[527]

[TOLEDO]

MANDATUM MONTANI EPISCOPI

— EL ESCORIAL, ms. D. I. 2, fol. 143 d — 145 a. Cop. de 976.  
— Ed. VC. pp.46-50.

Dominis dilectissimis fratribus filiisque territorii Palentini, Montanus episcopus in Domino aeternam salutem.

(...*Recuerda normas conciliares sobre el crisma, consagración de basílicas por obispos foráneos...*).

Unde, quaeso, ut perfidiam cum auctore dampnantes atque anathematizantes rectae fidei regulam teneatis, et de omnibus superscriptis cautiores exhibere vos procuretis...

Pax Domini cum omnibus vobis, amen.

8

[527]

[TOLEDO]

MANDATUM MONTANI EPISCOPI

— EL ESCORIAL, ms. D. I. 2, fol. 143 d — 145 a. Cop. de 976.  
— Ed. VC. pp. 50-52.

Domino eximio praecipuoque christicolae domino et filio Toribio, Montanus episcopus.

(...Se queja de que sacerdotes foráneos entren en Segovia, Buitrago y Coca: amenaza demandarle ante el rey y ante Erganes, tal vez el duque de la provincia...).

Divina vos custodiat Trinitas, amen.

9

[540]

[BARCELONA]

ACTA CONCILII BARCINONENSIS

— EL ESCORIAL, ms. D. I. 1, fol. 214 c — 220 b. Cop. de 992.  
— Ed. VC. pp. 53-54.

Quum convenissent in Dei nomine Barcinona sancti episcopi, id est, Sergius metropolitanus, Nibridius Barcinonensis, Carontius Impuritanus, Andreas Ilerdensis, Stafilius Gerundensis, Iohannes Cesaraugustanus, Asellus Dertosanus, haec observanda constituerunt:

Ut (...10 cánones sobre el rito y la disciplina eclesiástica...).

Iubemus vero (...).

De (...) vero, id observare precipimus: quod (...)

10

541, 20 FEBRERO

[NARBONNE]

EPITAPHIUM PALENOPE

— NARBONNE, Iglesia de San Lupo, cipo marmóreo.  
— Ed. CIL, XII, 5.341.

Hic requiescit in pace bone memorie Palenope, qui vixit plus  
menuis annus [L]. Obiit sub die x kaledndas martias indictione quar-  
ta, anno x regni domini nostri Teude regis.

546, 6 AGOSTO

LERIDA

**CONSTITUTIONES SYNODI ILERDENSIS**

- EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 139 b — 140 d. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC. pp. 56-60.*

Synodus habita in conventu Ilerdensi anno xv Teodorici regis sub die viii idus augustas.

(...).

(...) placuit ut...

Statutum est...

(...) id observare placuit...

(...) id nunc omnes huius placiti vel constitutioni inter nos censura placuit custodiri...

(16 cánones con prohibición a los clérigos de llevar armas, veda de infanticidio y aborto voluntario, incesto, delitos sexuales de clérigos, violencia de viudas penitentes y religiosas, derecho de asilo, asesinato entre clérigos, herejías).

Sergius in Christi nomine episcopus his constitutionibus interfui et subscrispi.

Iustus in Christi nomine episcopus, has constitutiones secundum quod nobis cum fratribus nostris Deo inspirante complacuit, religi et subscrispi.

(...) atquievi et subscrispi.

(...) his definitionibus interfui et subscrispi.

(*Susriben 8 obispos y 1 presbitero por un obispo*).

546, 24 NOVIEMBRE

TOLEDO

**DECRETUM THEUDIS REGIS**

- LEÓN, Arch. catedral, *ms. 15, palinsesto, pág. 36; cop. s. VI.*  
— *Ed. ZLV. pp. 467-9.*

Flavius Theudis rex universis rectoribus et iudicibus... Cognovimus provinciales adque universos populos nostros...litium sump-

tibus vel expensis...contritos qui se vim talibus in...sponte sua non feriatur in praecips. Cog...andi principibus...ferum faciat largitor tamen...possessionis malum nostri...et pro ea re temporibus, quatinus potest...possesor dispendiorum male comprehensos...mus periturus obcubat, idcirco servari sanctione censimus, ut in causis, quibus leges... s dare constituerunt, dum apud vos p... ad finem discussionis...cum evictione...in discussionibus prolixitate sicut person... vel quantum testibus...qualitatem atque in eorum sumptus vel in evictiones expenderit, ex amussin inquirite, et ut rationabiliter reddi perpenderitis, veridica existimatione decernite; quoniam iustum est, non pro espontis arbitrio, sed iusta rationcinantis examine normam sumptuum extimari.

Si qua sane preter ea, que sursum dicta sunt, pro expediendis talibus negotiis fuerant data suffragia, propositae hactionis modum in nulla ratione transcendant. Tunc enim redempta non creditur fuisse iustitia, quandoque minora sunt commoda quam petita facultas. Quos si intra modum dicta causa extimata non fuerit, saltim ad coequationem petitae veniant facultatis. Statuentes, ne quis vestrum super modum causae damna presumant extendere commodorum.

Quod si factum fuerit, rerum componendum est satisfactione vestrarum, illis utique profutura, quibus imposita fuerint maiora dispendia. Simili hetiam compulsores vel executores decreto prestringimus, ut non pro sua commoda exigant voluntate, sed ab eis, quos propria evictione compulerint, subvectum tantum super eum accipient caballorum. Nec illi prius commoda compulsionis exhibant, quam suas in iuditio litigantes exerent actiones. Commoda quoque iuxta hujus consulti seriem accepturi, id est: ut in millibus quinquaginta accipient per caballo uno solido uno; ea videlicet ratione, ut in minoribus causis duo tantum, in maioribus vero quatuor caballi sufficient. [Ut si quis plures] caballos ultra hunc numerum ducere voluerit, absque ullo deductorum damno suo tantum reputabit ornatu. De ea vero que exigerit, decimum nummum pro suo consequatur exercitio; hanc conditione addita, ut si commodatas exigerit pecunias, suprascriptum commodi modum, exactores a reddente, poenam recipiente recipient; quia eum, qui commodata reposcit iniustum est commodis pregravari.

De iudicatis rebus id observare iubemus: ut presumptor quantum instituti commodi pro rebus tantum prestiti [invis]is vero... acceptas satisfactione persolvat, Si quis vero executorum, pretermissa summa superius comprehensa, amplius in commodis suis

accipere voluerit, amisso legitimo benefacto, de id quod super accepit, presumptoris satisfactione multeur. Vestrum autem quisquis si favore lenitus aut redemptione proclivis eorum neglexerit damna et rapinam, quinque se noverit librarum auri multandum fisci compendiis profuturas.

Hanc denique constitutionem vobis direximus sigilli nostri adjectione firmatam, discernentes ut saluberrimae ordinationis moderationem per universos populos hac locorum iudices aedictis propositis manifestare curetis, quatenus expectata clementiae nostre regnationale fugatum molestie pavorem cognoscant.

Hanc quoque constitutionem in Theodosiani corporis libro quarto sub titulo xvi adjectam iubemus, ut omnibus scire liceat que pro omnium salute decreta sunt.

Si quis vero post aedictorum publicationem apud discussionem amplitudinis nostrae...circa hanc auctoritatem offerre praesumperit, iubemus ut iuxta formam legis compendiis coactus exsolvat.

Data sub die viii kalendas decembrias, anno xv regni nostri gloriosissimi Theudi regis, Toledo.

Recognovimus.

## 13

549, 2 DICIEMBRE

VALENCIA

### CONSTITUTIONES SYNODI VALENTINI

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 140 d — 141 d. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC. pp. 61-4.*

Anno xv Teuderici regis sub die ii nonas decembris, in nomine Domini nostri Jesu Christi, Valles in concilio congregati.

(...) haec censuimus observandum, ut(...).

Hoc etiam placuit: ut(...).

(...) de repertis omnibus inspectior censitio discriptioque fidelissima, si fieri potest, infra octavas(...).

(...) sub hac salubri constitutione(...).

Si quis autem inmemor divini timoris contra haec sancita synodica clericus quisque vel laycus venire improba mente temptaverit, et communione et consortio privetur ecclesiae(...).

Hoc etiam omnes canone constringendi(...).

(*Siguen 6 cánones sobre disciplina eclesiástica*).

Celsinus in Christi nomine episcopus subscrpsi.  
(...).

Salustius in Christi nomine archidiaconus vicarius domini mei  
Marcelli episcopi subscrpsi.  
(*Firmas de 6 obispos y 1 arcediano sustituto, sin mención de  
diócesis.*)

14

550-551, 29 SEPTIEMBRE

ASAN

DONATIO VINCENTII DIACONI

— M. Museo Arqueológico, Biblia Huesca, *fol. l' cop. s. XII.*  
— *Ed. F. XLIX* (1906), pp. 151-4.

Domno sancto ac beatissimo et mihi speciali domino Victoriano  
abbati, Vincentius diaconus.

Sancti nos evangelii vox admonet dicens: «Nisi quis renuncia-  
verit omnibus que possidet, meus discipulus esse non potest»; quod  
credentium multitudo in exordio predicationis apostolice, prediis  
suis venditis adimplentes, precio omni aggregato, apostolis defe-  
rebant, arbitrio illorum prout cuique opus erat dispensandum,  
quibus animas suas ob desiderium eterne vite attulerant conser-  
vandas.

Quam devotione ego premonitus intuens, eo tempore, si facul-  
tas permisisset facere debui, cum ad servitium Domini, ipso mise-  
rante atque inspirante, accesi. Nunc autem quando Domino placuit  
ut de paupertacula parentum ad meum dominium aliqua perveni-  
rent, in toto devotionis affectu decrevi quod semper apud animi  
mei arbitrium deliberatum habui, ut in usus pauperum ad quantum  
vires admittunt ea conferam dividenda, credens quod sim a Domino  
peccatorum veniam precepturus si servorum illius fida oratione  
ipsi fuero assidue commendatus.

Propterea sancto monasterio Asani, ubi me Dominus a pueritia  
mea vestra eruditio nutrivit, prona voluntate nec ullo cogenti  
imperio dono ac donasse me profiteor:

In terra Terrantonensi: in locum Scenoise portionem meam,  
Asserise portionem meam, Evelaiti portionem meam, Asanuisti  
portionem meam, Alarvesa portionem meam, ... portionem meam.

In terra Barbotano: Arcaraimo portionem meam, sub monte  
Polenario cum Mariano portionem meam.

In terra Labetonosano: Calasanci portionem meam cum Eleceto, Borgisali portionem meam, Abditinne portionem meam, Berce portionem meam, Maremortum portionem meam, Petraroveida portionem meam.

In terra Hilardensi: Paternianico portionem meam, Cercomagno portionem meam, ad domum Eulali portionem meam, Semproniano portionem meam, ad domum Retiari portionem meam, Lacunarupta portionem meam, Anduso portionem meam, Ausevero portionem meam ex integro ita ut in monasterium Lorbe, si ipsi iusseritis, debeat deservire.

In terra Boletano: Senguanis portionem meam, Isusti portionem meam, estiva Saldana portionem meam vel alias estivolas ubi me portio contingit.

In terra Cesaraugustana: ad Noce portionem meam, in Trigario portionem meam.

Hec igitur loca cum edificiis, terris, vineis, oleis, hortis, pas-  
cuis, pratis, aquis aquarumve ductibus, aditibus, accesibus, col-  
lonis vel servis atque omni iure suo, peculio vero omnium vacca-  
rum vel equorum greges que ad meum dominium pertinent,  
vobis beatissime pater vel huic sancte congregationi ubi me Do-  
minus vocare dignatus est, per hunc donationis textum confero.  
Quod precor omne suscipiatis et pro mea stabilitate indesinenter  
orare volueritis fusa obsecratione deposco, ut ipse imbecillitatem  
meam adiuvet, ipse gratiam suam augmentare faciat; ipse quod  
in me incoavit in bono perficiat; cuius et vocationem hactenus  
adeptus sum.

Aliqua loca que in hac paginula non nominavi, pro quarta  
parte hereditatis iuxta legum decretum resonant. De hiis vero que  
pro obsequio vel servitutem vel inguitatem vel munuscula pro-  
venerunt, nec mihi parvitatem reservo. Ita igitur quod omnia vel  
huius donationis cartula vestra fuerunt in dies vite mee quod  
pro traditione legibus constat, ubertim probabit. Quod habendi,  
tenendi et possidendi et domui sancti monasterii in perpetuum  
vindicandi ex mea largitate liberalitatis arbitrium, qui solet esse  
Deo gratum, hoc semper intra animi vero secreta et desiderantis  
ardore deliberatum est; quod nunc adiuvante Christo, a me est  
prolatum. Hoc ergo rememorandum putavi ut nullatenus aut per  
vendicationem aut aliam actionem a iure monasterii quod pro  
affectu contuli petrahatur.

Iuro autem per Deum omnipotentem et futuri judicii exami-  
nationem me huius liberalitatis vinculum inviolabiliter custodi-

turum, neque per quemquem heredem meorum arbitror retinendum.

Si quis sane, quod fieri non credo, inmemor extremi iuditii, temerator huius facti quolibet existere voluerit, primitus a sacrosante ecclesie liminibus arceatur, auctoritate omnium sacerdotum anathematizandus; demum, iuditio Dei, sicut Daten et Abiron vivus terre hiatibus absorbeatur, Iude quoque proditoris Domini subituris sententia, vel Ananie vel Safire, quos districtissima severitate in presenti etiam seculo legimus esse damnatos. Beatitudini vero vestre inferre cogatur estimate vel meliorate quantumcumque rei ipsius duplam precii quantitatem, manente nichilominus huius donationis, quam cum omni gaudii alacritate feci, integra, inlibata atque inviolabili firmitate, cui dolus malus abest abfuturus est.

Stipulans itaque sitpulatus sum et spopondi, Aquiliae legis mentione subnixa que scripturis omnibus solidum prestat robur.

Quam cartulam manu mea propria scripsi; cui si gesta aut testes forsitan adhibiti non fuerint, ologrife, manus mee ad integrum conscriptio pro omni firmitate subsistat.

Facta cartula in monasterio Asani, sub die iii<sup>o</sup> kalendas octobris, anno ii<sup>o</sup> domini nostri Agile regis.

XP. Vincentius in Christi nomine diaconus hanc cartulam donationis quam feci, propria manu signavi, relegi et subscripsi.

15

558, 12 ENERO

[ASÁN]

EPITAPHIUS VICTORIANI ABBATIS

— SAN VICTORIÁN DE ASÁN, lauda.  
— Ed. VI, núm. 284.

Hic requiescit in tumulo cui decies quinas [et X]  
metas regendi monacos incubuere, exemplo  
Christi que fecit, docuit. Agmine multo  
monacorum Iberiam Galliasve replebit,  
cellas senioresque probos sanctitate re prefecit,  
quibus ipse prefecit primus homo Victorianus abbas.  
Qui cursum vite beatum octuginta ferme  
in pace peregit annos, Pauli Antonique meri-

tis quoequandus in ethera. Sepultus Asani anno Atanagildi septimo regis sabbato ianuarias pridie idus.

**16**

[saec. VI]

[SANTIBAÑEZ]

**EXECRATIO**

- M. *Col.* Gómez Moreno. Pizarra *or.* 400 × 180 mm.  
 — *Ed.* GM. núm. 2.

Stratus feci; turbat qui lesserit pedago in soca boina.

**17**

[saec. VI]

[SANTIBAÑEZ]

**EXECRATIO**

- M. *Col.* Gómez Moreno; pizarra *or.* 850 × 2180 mm.  
 — *Ed.* GM. núm. 3.

eum in nece]sitatis...[  
 [m]onte Sinai ita uerteris iram  
 alleluja quirielejsunt quriel[ejsunt...]  
 nia majestatis numero per oc al[...]  
 pro temeta conta pietas a[beant...]  
 c Uriel et Gabriel jn edic[cione...]

**18**

[saec. VI]

[SANTIBAÑEZ]

**EPITAPHIUS**

- M. *Col.* Gómez Moreno; *or.* pizarra 190 × 90 mm.  
 — *Ed.* GM. núm. 4.

...quietus...  
 ...n exs meas...  
 ...teneatis...

*Diplomática Hispano Visigoda*

...fac defere...  
...ec in Dei nomine...  
...[t]rino per devinam...  
...operam quam ego...  
...irus neque ego per...  
...colibet arte...  
...fere qod fiat...  
...eferi tu solve...  
...dolori asiduo...  
...acepto...

**19**

[saec. VI]

NOTITIA SUPELECTILIS

— M. Col. Gómez Moreno; pizarra *or.* 136 × 125 mm.  
— Ed. GM. núm. 5.

...alo origine perdedit honori...  
...ase estima in furto et ex...  
...evise eos servi domni...  
...i perdet sodali secario L...  
...neget egesta valiente solidum...  
de fielus tonica valiente...  
ples valientes singol...  
...este valiente sol...  
...ue unu...  
...bracile cum culte[llo  
...lientes tremisse unu c...  
iiii salere mod[ius] uni li...  
...vas conica valiente can...  
...colisia valiente tremisse u[nu...

**20**

[saec. VI]

CARTULA VENDITIONIS

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 12.

*Angel Canellas López*

Distrahentium definitio licet fidei uinculis adligetur, tamen solidius est ut scripturae firmitas emittatur, ut nec distractoris [pars] per metas temporum quolibet ingenio dissimulando subripiat quae tacendo firmauerat, nec partium comparantis ulla aduersitas calumniantis eueniat. Ideoque distrahere me tuae charitati profiteor et distraxi hoc et illud...

**21**

[saec. VI]

CARTULA VENDITIONIS

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 13.

Licet in contractibus empti et uendi[ti] qu[ae] bona uoluntate definiuntur uenditionis instrumenta superflue [r]equirantur, tamen ad securitatem comparatoris adiungitur si definitio ipsa scripturae soliditate firmatur. Ac per hoc distrahere me uestrae dominationi profiteor et distraxi hoc et illud...

**22**

[saec. VI]

DONATIO SPONSALITIA

— M. BN. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 14.

Dominae indiuiduae sp[onsae meae] ill. [et] ille. Expectandum tandem diuino iuditio nostroque cessit arbitrio [ut] quae diu agenda erant deliberatione prouida pensaremus. Ponis enim [a]uspiciis diuina uoluntas adsurgit et prosperum iter aggredi propria magestas impellit me, si natale quod nostro euenire[t] coniugio. Itaque [quum] consentienti parentum tuorum animo teque p[re]ae-

benti consensum, intercedenti[b]us nobilibus atque bene natis uiris, te mihi in coniugium copularem, necesse mihi fuit [facere] donationem manentem et legibus i[u]re confectam in perso[nam] tuam. Sponsalitia largitate donare me tibi ad diem uotorum promitto hoc et illud quod ex lege Papeam Popeam et ex legem Iuliam, quae de maritandis ordinibus lata est...

23

[saec. VI]

CARTULA TESTAMENTI

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 21.

Ill. sana mente sanoque consilio lectulo quidem infirmitat[e] detentus, euitans causalem mortis euentum, hanc uoluntatis meae epistolam fieri elegi, quam ad ius praetorium et urbanum ualere decerno. Quod si ad ius praetorium et urbanum [supra] ualere non potuerit, ab intestato uice codicilorum [in] aeuo eam ualere uolo et iubeo. Quam etiam tibi, fili ill., scribendam mandaui, ita ut post transitum meum die legitimo hanc uoluntatis meae epistolam apud curiae ordinem gestis publicis facias adcorporare. Et ideo cum e rebus humanis abscessero obitumue naturae red[di]dero, tunc ad ecclesiam domini mei ill. martiris, ubi corpusculum meum sepeliendum mandaui, uolo pertinere locum illum ad integrum cum mancipiis rustic[is]s et urbanis, terris, uineis, aedificiis, siluis, aquis aquarumque ductibus, hortis, pascuis, paludibus omniqe iure l[o]ci ips[i]u[s], quod situm est in territorio ill. Ill. et ill. liberos [e]sse uolo, quorum pro confirmanda ingenuitate donare [eis] elegi et dono hoc et illud, ea tamen interposita con[d]itione, ut quoisque me Deus omnipotens uiuere permiserit, hoc quod ecclesiabus contuli uel quod unicuique concessi siue mancipia, qua libera esse constitui, [me] uniuersa possideantur; post diem uero obitus mei omne[s] secundum huius uoluntatis meae tenorem addeundi, habendi, tenendi [...] reddidero, tunc dulcissimis filiis meis ill. et ill. uolo esse concessum hoc et illud, quod sibi aequaliter diuidentes addeundi, habendi...

**24**

[saec. VI]

**LIBELLUS CONIURATIONIS**

— M. BN. *ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.*  
— *Ed. ZF y MW*, núm. 35.

...quia [re]m iuris [me]i debitam, quam ille su[a] aua].  
ritia extra discussionem iudicantis uiolentius usurpatione de meo  
dominio abstulit, nullos in eodem loco profliget la[b]o[re]s  
certe nec quicquam inibi augmentet, dum inte[rim m]anente  
iustitia per legum statuta appetendo iuditariam potestatem inter  
partes de ueritate silentium imponatur. Quod si trascen[den]s  
h[an]c coniurationem nostram hoc quod in iure nostro pertinet  
in aliquod augmentauerit, sciat se, per iustitia dum nos[tr]o do-  
minio hoc ipsum [p]ro[b]au[erim]us, debere secundum legum  
instituta de inuasione uel singulis annis frugum collectione ac  
sumptus per litis expensas nobis satisfacere et hoc quod inibi  
profligauit amittere. Factum libellum ...

**25**

562, 15 MARZO

[DUEÑAS]

**EPITAPHIUS FROYLAE**

— DUEÑAS, *Col. Telesforo Tábara, or. piedra 120 × 95 cm.*  
— *Ed. VI*, núm. 259.

† Hic frater clericus Froila requirit per bona confesiones, die  
martis idus martias anno Recesvinthi quarto decimo regis, in pace.

**26**

570

**DONATIO ALARICI REGIS**

— M. AHN, *Clero carp. 695, 1. Perg. falsificación, s. XIII.*  
— *Ed. UC, pp. 17-19.*

In Dei nomine et eius divina clementia. Hec est carta populationis duarum villarum Nove scilicet et Ardanes, quas populari fecit rex Alaricus in termino sancti Iuliani de Navasal.

Ego rex Alaricus facio has populationes cum consilio et voluntate domni Arioli, abbatis sancti Iuliani de Navasal. Et ideo concedo ecclesias harum villarum Nove scilicet et Ardanes, ut respondeant sancto Iuliano de Navasal cum omni cimiterio, et decimis et primiciis que omnibus redditibus ecclesiasticis, remota omni occasione regali atque episcopali.

Et dono terminum parrochianis de Nove de Yserbo, et inde totam serram, sicut aqua vertitur, et ipse terminus descendit ad hederam, sicut defluit Aragon Suburdam. Et postea de illis exit terminus per serram usque ad Salviam, de Salvia vero tota serra usque ad Sanctum Acisclum, et inde iusum, sicut pinna scindit usque ad rivum de Larraz, et a Trilariis sursum usque ad viam illam de Asos, et a loco illo iusum, sicut cadit rivus in directo vinee regis, et sicut boua scindit que per Sanctum Michaelem iusum ad fondus vinearum exit ad pinnam illam Lessorum.

Ubicumque laboraverint parrochiani harum villarum de serra ad serram in intro, quomodo aqua cadit in Aragon ex utraque parte, do donativum ut decimas laborum suarum deferant ad suas ecclesias. Et insuper ego rex do illum cubilarem, qui nominatur Aranella, ad Sanctum Iulianum, ad propriam voluntatem abbatis et suorum fratrum ibi habitantium faciendam. Et do Sancto Iuliano in villa que dicitur Salina, aquam salis una die cum nocte in septimana.

Sic statuo ego rex Alaricus cum abbe Ariolo ut supra scriptum est, ut sit firmum et indissolutum per secula seculorum, amen. Quisquis hanc meam institutionem fregere temptaverit, cum Iuda et omnibus impiis sit damnatus in inferno, per cuncta secula, amen.

Facta carta in era DC.VIII, regnante rege Alarico in Aragone, comite Galindo in Atares, Abderaman in Osca, Calef in Totela.

Sig † num Alarici regis Aragonensium.

Ego Gondemarus, scriba regis Alarici, sub iussione domini mei regis, hanc cartam scripsi et de manu mea hoc sig † num feci.

NOTITIA PROPRIETATIS PATRONORUM ECCLESIAE

- SAN PEDRO DE ROCAS, Orense, iglesia. Lápida original.  
— *Ed. F. XLI* (1902), pp. 502.

Hereditas nostra Eufraxi, Eugani, Quinedi, Eati, Flavi recuperatorum V, Vitimero episcopo, era DC.XI.

CARTULA TESTAMENTI VICENTII EPISCOPI

- M. Museo arqueológico, Biblia de Huesca, *fol. 1-2.*  
— *Ed. F. XLIX* (1906), pp. 156-7.

Vicensius in Christo, divino nutu, summi pontificatus in sancta ecclesia catholica Hosensi privilegio fungens, lectulo quidem recumbens, integro tamen consilii mei utens, ad ordinandum quicquid Christo auxiliante mihi provenit, testamentum meum condo, quod filio meo Stephano diacono scribendum dictavi. Quod si quo casu iure civile vel pretorio valere nequierit, ad vicem codicillorum vel ab intestato pro anime mee remedio, quod prona devotione contuli, in perpetuum Christo auxiliante decerno.

Itaque cum a rebus humanis excessero, si Domini voluntas fuerit ut modo de hac arcessiri me precipiat, tunc te, sancta ecclesia Oscensis, ubi me feliciter adduci ad tuum servitium precepisti cui me etiam credo multum debere, in omni omnino re, tam quod de paternis quam de maternis munusculis mihi provenit, heredem te instituto heresque mea ut sis decerno. Ceteri cetereve persone exheredes mihi sunt tote.

Unde rogo ut in domo Larbesa...

Cartulam sane donationis quam in sancto monasterio Assani constitutus conscripsi, quam secundum quod ab hinc vires admittunt, ci defendas. Rem tamen quod tibi est; quia carta furata

de carturario incisa est, cartulam ingenuitatis fecimus, Et nunc ipsam confirmantes adiungimus...

(*Enumeración de los bienes*).

Sique vero littere caraxature in hoc testamento invente fuerint dum mihi religeretur, ad verba ego fieri iussi.

Si quis sane quod pia in Christi voluntate condidi, contra forsitan improvisus venite aut refragare voluerit(...).

29

578, 30 AGOSTO

[VILLAMARTÍN]

EPITAPHIUS ZEREZINDI

— CARO, Rodrigo, *Antigüedades Sevilla*, 1634. Calco.  
— Ed. IHC, núm. 91.

*alfa et omega.*

Zerezindo duz fidelis vixit annos plus minus xlippii, obiit iii kalendas augusti, era DC.XVI.

30

[ante 579, 21 MARZO]

NOTITIA TESTAMENTI MARTINI EPISCOPI

— EL ESCORIAL, ms. D. I. 2. fol. 183 a — 186 c. Cop. de 976.  
— Cfr. VC, pp. 322.

(*En el concilio de Toledo X se dio cuenta del testamento de San Martín, de gloriosa memoria, para que, abriéndolo se tomase conocimiento de lo que en él se disponía, ya que el testador había encomendado su contenido y cumplimiento a los reyes que se sucediesen*). Delatum est ad nos in conventu sancti concilii ex directo gloriosi domini nostri Recesuincti regis per ilustrem uirum Uuanbanem testamentum gloriosae memoriae sancti Martini ecclesiae Bracarensis episcopi(...)ut reserato eo quid illic memoratus beatissimus vir decrevisset nostrae cognitioni pateret: quo testamento in omnium conventu relecto conperimus hunc ex ordine a memorato principe ad nos esse directum, quoniam idem gloriosae me-

moriae sanctissimus vir ita decreverat, ut succendentibus per ordinem regibus complementum eius ipsius testamenti constitutio commendata maneret.

**31**

[586, ante 8 MAYO]

**EDICTUM RECESVINTHI REGIS**

— VATICANO, *ms. Reg. 1024. Cop. s. VIII.*  
— *Ed. ZLV*, pág. 417.

Flavius Reccaredus rex.

*Ne iudeus christianum mancipium circumcidat.*

Nulli iudeo liceat christianum mancipium comparare vel donatum accipere. Quod si comparaverit vel donatum acceperit et eum circumciderit, et pretium perdat, et quem acceperat liber permaneat. Ille autem, qui christianum mancipium circumciderit, omnem facultatem suam amittat et fisco adgredetur. Servus vero vel ancilla, qui contradixerint esse iudei, ad libertatem perducantur

**32**

[ante 586]

**LEX LEOVIGILDI REGIS**

— VATICANO, *ms. Reg. 1024, cop. s. VIII.*  
— *Ed. ZLV*, pág. 121.

Sollicita cura in principem esse dinoscitur, cum pro futuris utilitatibus beneficia populo providentur.

(*Sigue exposición de motivos*).

Ob hoc meliori proposito salubriter censemus, prisce legis remota sententia, hac in perpetuum valitura lege sancimus. Ut(...)

**33**

587, 12 ABRIL

TOLEDO

**CONSECRATIO ECCLESIAE**

- TOLEDO, Claustro catedral.  
— *Ed.* IHC, núm. 155.

† In nomine Domini. Consecrata ecclesia sancte Marie in catolico die pridie idus aprilis anno feliciter primo regni domini nostri gloriosissimi flavii Reccaredi regis, era DC.XXV.

**34**

[ante 589, 8 MAYO]

[TOLEDO]

**CONSTITUTIO RECCAREDI I REGIS**

- VATICANO, *ms.* Reg. 1024. *Cop.* s. VIII.  
— *Ed.* ZLV, pp. 407-8.

Flavius Reccaredus rex.

Omnis, quos regni nostri felicitate tuemur, nihil aliut eorum utilitatibus consulentes, momentis omnibus statuimus, nisi, ut nulla dispendiorum suspicionem patientur.

(...).

Decernentes igitur et huius legis nostre severitatem constituentes iubemus, ut(...)

Simili auctoritate iubemus(...).

(...) ideoque iubemus ut(...).

Quod si quis iudicum hanc nostram transcenderit constitutionem, honore privatus decem libras auri fisco nostro coactus exolvat. Sacerdotes vero, quos divina obtestatione commonemus, si excessus iudicum aut actorum scierint et ad nostram non retulerint agnitionem, neverint se concilii iudicio esse plectendos, et detrimenta, que pauperes eorum silentio pertulerint, ex eorum rebus illis esse restituenda.

589, 8 MAYO

TOLEDO

**PROFESSIONE FIDEI**

- EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2. fol. 145 a — 151 d. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC.*, pp. 107-145.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Anno regnante quarto gloriosissimo atque piissimo et Deo fidelissimo domino Reccaredo rege, die viii iduum maiarum, era DC.XX.VII haec sancta synodus habita est in civitatem regiam Toletanam ab episcopis totius Spaniae vel Galliae qui infra scripti sunt.

(*El rey Recaredo, lo que el concilio debe tratar*) in hunc tomum conscripta atque adlegata notescimus.

(*Y tras la profesión de fe de los santos padres*) Item subscriptio Reccaredi regis:

Ego Reccaredus rex fidem hanc sanctam et veram confessionem, quam una per totum orbem catholica confitetur ecclesia, corde retinens ore adfirmans, mea dextera Deo protegente subscrispi.

Ego Baddo gloria regina hanc fidem quam credidi et suscepi, mea manu de toto corde subscrispi.

(*Suscripciones de obispos que abjuraron del arrianismo:*)

N. in Christi nomine episcopus anathematizans haeresi arrianae dogmata superius damnata, fidem nostram hanc catholicam, quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscrispi.

(*Son ocho obispos, todos de nombre visigodo.*)

(*Siguen suscripciones de próceres godos:*)

Signum Gussini viri inlustris proceri.

Fonsa vir inluster anathematizans subscrispi.

(...).

Massona in Christi nomine ecclesiae catholicae Emeritensis metropolitanus episcopus provinciae Lusitanie his constitutionibus quibus in urbem Toletanam interfui, annuens subscrispi.

(...).

N. talis ecclesie episcopus subscrispi.

(...).

[589, 8 MAYO, post]

[TOLEDO]

CONFIRMATIO CONSTITUTIONUM SYNODI TOLETANI  
III A RECCAREDO REGIS

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 145 a — 151 d. Cop.* año 976.  
— *Ed. VC, pp. 133-8.*

Incipit edictum regis in confirmatione concilii.

Gloriosissimus dominus noster Reccaredus rex. Universorum sub regni nostri potestate consistentium amatores nos suos divina faciens veritas nostris principaliter sensibus inspiravit, ut causa instaurandae fidei ac disciplinae ecclesiasticae episcopos omnes Spaniae nostro praesentandos culmini iuberemus.

Praecedenti autem diligenti et cauta deliberatione sive quae ad fidem conveniunt, seu quae ad morum correctionem respiciunt, cum omni sensus maturitate et intelligentiae gravitate constant esse digesta.

Nostra proinde auctoritas id omnibus hominibus ad regnum nostrum pertinentibus iubet, ut si qua definita sunt in hoc sancto concilio habitu in urbem Toletanam anno regni nostri feliciter quarto nulli comtemnere libeat, nullus praeterite praesumat.

Capitula enim quae sensibus nostris placita et disciplinae congrua a praesenti conscripta sunt synodo, in omni auctoritate sive clericorum sive laycorum sive quorumcumque hominum observentur et maneant, id est:

(Cita de 22 cánones).

Has omnes constitutiones ecclesiasticas quas summatim brevi terque praestinximus, sicut plenius in canone continentur, manere perenni stabilitate sancimus. Si quis ergo clericus aut laycus harum sanctiones obediens esse noluerit, si episcopus, presbyter, diaconus aut clericus fuerit, ab omni concilio excommunicationis subiaceat; si vero laycus fuerit et honestioris loci persona est, medietatem facultarum suarum ammitat fisci; si vero inferioris loci persona est, amissione rerum suarum multatus in exilio deputetur.

Flavius Reccaredus rex hanc deliberationem quam cum sancta definivimus synodo confirmans subscripsi.

590, 4 NOVIEMBRE

SEVILLA

EPISTOLA PATRUM SYNODALIUM EPISCOPO PAGASIO

- EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 220 c — 221 a. Cop.* de 976.  
— *Ed. VC*, pp. 151-3.

Domino sancto et reverenter a nobis honorando carissimo fratri Pagasio episcopo, Leander, Iohannes, Agapius, Stephanus, Basilius, Velatus, Sinticius et Petrus episcopi, qui in unum in urbe Spalensi adfuimus, sanctitatem tuam caritatis studio salutantes precamur Dominum qui nos de salute tua vel visione laetificare dignetur.

(*Se trata de la manumisión de siervos de la iglesia de Écija*).

Que statuta manu nostra subscrisimus.

Data ad sanctitatem vestram die pridie nonarum novembrium, anno quinto regni gloriosissimi domini nostri Reccaredi regis, era DC.XX.VIII.

Leanter ecclesiae sanctae Spalensis episcopus hanc constitucionem firmavi et subscrispi.

(*Firmas de ocho obispos*).

[560-590]

[DIEGO ÁLVARO]

CONDITIONES SACRAMENTORUM

- SALAMANCA, Seminario arqueología Universidad. Pizarra *or. 350 mm. anchura, en tres trozos.*  
— *Ed. D. p. 60.*

...conditionis sacramentorum ad quas [debea]d iurare Lolum essurdinatione Eunandi, Argeredi vicaris ra...ri Wiredici, Argivindis...daci iudicibus, ad petitione Basili iurare debead Lolum propt[er]r caballos quos mutaverant: Iuro per Deum patrem omnipotentem et Iho. Xptum. filium eius et per ec quatuor evangelia... positis ante is conditionibus in sacrosancto altario sancte s...tris ad infra dicens de... pertinescant exemplo. Factas cond[i]tiones... anno feli-citer tertio regni gloriosissimi domini nostri. Eunandus as bendi-

tiones a novis ordinatas subscipsi. Argeredus as condicionibus subscipsi. (*Signum*) Argeredi. Widerecus in as condiciones subs-cripsi. Sig[num Widerecus].

39

592, 1 NOVIEMBRE

ZARAGOZA

CONSTITUTIONES SYNODI CAESARAUGUSTANI II

— EL ESCORIAL, *ms.* D. I. 1, fol. 219 a — 219 b. *Cop.* de 992.  
— *Ed.* VC. pp. 154-5.

Quum in Dei nomine in urbem Cesaraugustanam provinciae Terraconensis ex permisso gloriossi atque sanctissimi principis Reccaredi regis in anno septimo regni eius congregati fuissemus, pro Dei timore tractantes id placuit sancto et venerabili synodo:  
Ut(...).

(*Recepción de presbíteros y diáconos antes arrianos, exámen de reliquias arrianas, consagración de iglesias arrianas*).

Sub die calendarum novembrium anno quo supra.

Artemius in Christi nomine episcopus Terraconensis provinciae metropolitanus hanc constitutionem subscipsi.

(...).

N. in Christi nomine episcopus subscipsi.

(...).

N. in Christi nomine diaconus agens vicem domini N. episcopi subscipsi.

(*Suscripciones del metropolitano, 11 obispos y un diácono, sin indicación de sedes*).

40

592, 4 NOVIEMBRE

[ZARAGOZA]

CONSENSUS ARTEMII EPISCOPI

— EL ESCORIAL, *ms.* D. I. 1, fol. 224 c. *Cop.* de 992.  
— *Ed.* AG. III, pág. 304.

Dominis sublimibus et magnificis filiis aut fratribus numeratis, Artemius episcopus Tarragonensis vel omnes episcopi ad civitatem Barcinonensem fiscum referentes.

Quoniam ex electione domini et filii ac fratris nostri Scipionis comitis patrimonii, in anno feliciter septimo gloriosi domini nostri Reccaredi regis in officio numerarii in civitatem Barcinonensem provinciae Tarragonensis electi estis et a nobis, sicut consuetudo est, consensum ex territoriis quae nobis administrare consueverunt postulastis: idcirco per hujus consensus nostri seriem decrevimus ut tam vos quam agentes sive adiutores vestri pro uno modio canonico ad populum exhigere debeatis, hoc est, siliquas viii et pro laboribus vestris siliquam unam, et pro inevitabilibus damnis vel interprecia specierum siliquas iv, quae faciunt in uno siliquas xiv. Inibi hordeno quod pro nostra definitione sicut diximus tam vos quam adjutores atque agentes exigere debeant, nil amplius praesumant vel exhigere vel auferre.

Si quis sane secundum consensum nostrum adquiescere noluerit vel tibi inferre minime procuraverit in specie quod tibi convernit fiscum suum inferre procuret. Quod si ab agentibus vestris aliqua superexacta fuerint quam consensus nostri tenor demonstrat vos emendare et restituere cui male ablata sunt ordinatis. In quo consensu subter qui consensimus manibus nostris subscripsimus.

Factum consensum sub die pridie nonas novembris, era DC. XXX, anno septimo regni domini nostri.

(*Subscriptiones*): Artemius in Christi nomine episcopus consensum nostrum subscrispsi. Sophronius in Christi nomine episcopus consensum nostrum subscrispsi. Galanus in Christi nomine episcopus consensum nostrum subscrispsi. Johannes in Christi nomine episcopus consensum nostrum subscrispsi.

**41**

594, 17 ENERO

[NATIVOLA]

**CONSECRATIO ECCLESIAE**

— M. B. RAH. ms. 5953, pág. 102. Cop. s. XVIII.  
— Ed. VI. núm. 303.

Consecrata est ecclesia sancti Vicentii martyris Valetini a sancto Liliolo, Accitano pontifice, die [xvi] kalendas februarias, anno viii gloriosissimi domini Reccaredi regis, era DC.XXX.II.

597, 17 MAYO

TOLEDO

CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI IV

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 1*, fol. 222 d — 223 b. *Cop.* de 992.  
— *Ed.* VC. pp. 156-7.

In nomine Domini. Constitutio synodi episcoporum numero xvi,  
qui convenerunt in urbem Toletanam sub die sexto decimo kalendas  
iunias, anno feliciter duodecimo regno christianissimi et amatoris  
Dei gloriosissimi domni Reccaredi regis.

(...) id precipiunt Dei sacerdotes, ut(...).

(...) id etiam placuit sacerdotes, ut(...).

(*Subscripciones de 13 prelados, de ellos tres de nombre godo*).

598

HUESCA

CONSTITUTIONES SYNODI OSCENSIS

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 1*, fol. 226 a — 226 b. *Cop.* de 992  
— *Ed.* VC, pág. 158.

Concilium Oscense, anno tertio decimo regno domini nostri glo-  
riosissimi Reccaredi regis.

In nomine Domini Jesu Christi.

Convenientes omnes in unum concilio Oscensi hoc synodus sanc-  
ta fieri elegit, ut(...).

(*Dispone celebración anual de sínodo provincial y celibato ecle-  
siástico*).

(*Faltan suscripciones*).

[circa 596-9]

**EPISTULA RECCAREDI REGIS AD GREGORIUM I PAPAM**

— P. BN, lat. 1565. *Cop.* s. X.  
— *Ed.* E. II, pp. 220-1.

Incipit epistula Recharedi regis Gothorum ad beatum Gregorium Romensem episcopum directa.

Domino sancto ac beatissimo papae Gregorio episcopo, Recharedus. Tempore que nos Dominus sua miseratione nefandae arrianae haeresis fecit esse discordes, meliorata fidei tramite intra sinus suos sinus suos catholica colligit ecclesia.

(*Deseo de Recaredo de establecer relación directa con el papa; ha retrasado tres años los cuidados del reino; se envió embajada de abades a Roma que naufragó cerca de Marsella; tampoco pudo ver al prebístero legado del papa que llegó a Málaga, pues cayó enfermo, pero envía al papa un regalo consistente en precioso cáliz para que se ofrezca a san Pedro; pide al papa que le escriba y le recomienda a Leandro, obispo de Sevilla.*)

Salutem vero tuam, reverentissime et sanctissime vir, audire delector et peto tuae christianitatis prudentiae, ut nos gentesque nostras, tuis crebro comendes orationibus...

599, 1 NOVIEMBRE

BARCELONA

**CONSTITUTIONES SYNODI BARCINONENSIS II**

— EL ESCORIAL, *ms.* D. I. 1, fol. 224 d — 225 a. *Cop.* de 992.  
— *Ed.* VC. pp. 159-161.

*Synodum Barcinonensem.*

Cum duce domino Jesu Christo die kalendarum novembris anno feliciter xiiii regni christianissimi et piissimi domni Recharedi regis Terrachonensis provinciae episcopi in urbem Barcinonensem in ecclesia sancte Crucis fuissent congregati hoc sancta synodus statuere elegit:

Ut... (*no paguen los clérigos ordenación y crisma; celibato de religiosas y penitentes; derecho del pueblo a presentar candidato en la elección de obispo*).

Asiaticus in Christi nomine episcopus Terrachonensis metropolitanae civitatis his constitutionibus interfui, consensi et subscrispsi.

N. in Christi nomine, ecclesie N. episcopus, hanc constitutio nem consentiens subscrispi.

(...)his constitutionibus annuens subscrispi.

(*Suscripciones de 12 prelados.*)

**47**

[post 599?]

**DECRETUM RECCAREDI REGIS I**

— VATICANO, ms. Reg. 1024. Cop. s. VIII.

— Ed. ZLV, pp. 159-160.

Flavius Reccaredus rex, universis provinciis Domino ordinante ad regni nostri dicionem pertinentibus.

Noxia preteritorum operum pravitas fecit futuris temporibus legem ponere et vitiosis facinoribus licentius inolitis termino iusticie obviare.

(*Exposición motivos.*)

Zelamus enim pro veritatem zelo Dei atque ecclesiam sanctam catholicam his fidei nostre commonemus decretis: ut deinceps, sicut et canones ecclesiastici prohibent, nullus(...).

Hoc vero nefas si agere amodo provinciarum nos rarum cuiuslibet gentis homines sexus utriusque temptaverint, omnismodis separati exilio perpetuo religentur(...).

Sacerdotes vero vel iudices, si talia cognoscentes ulcisci fortasse distulerint, quinas auri libras fisco cogantur exolvere. Quod si forte id redarguere voluerint, nec potuerint, regis auditibus insinuare procurent; ut quod eorum non potuit vindicare sententia, principalis damnet omnino censura.

[saec. VI ?]

### CARTULA LIBERTATIS

— M. BN, ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.

— Ed. ZF y MW, núm. 6.

Ill. in nomine *episcopus* ill. liberto nunc salutem. Quoniam quisquis ille meretur suam in Domino percipere palmam tunc demum a diuinitate ingerentur desiderii lucra, ut deprecanti sibi quae quaerit inueniat et alii mobeantur corda famulati officiositatem dignam impertire salutem, ut diuinitus compungat [misericordia] fortuitu accidente corda, quo et ann[os]is senibus uires augescant et intra clausuram cordis obstrusae ianuae separentur. Et quoniam diuina p[re]cepta sanxerunt ut plenissime fidelatis statum abstersa obscuriate adepti luminis faecundissime limen consendas, proinde ut ab angulo sancte ecclesiae ill., qui nos cathedram apostolicae doctrinae imperante Domino Ihesu Xpo propitius elegit descendere, omni uoto integritatis hoc maluimus hordinare, ut exutos uos ab omni fece conditionis in splendide ingenuitatis florentissimo cursu uos cognoscatis fuisse ingresos; nec u[mq]uam a suss[e]ssoribus nostris, quos catholica fides uenerabilis eligere et conseruare iuuebit antistes, humilitatis nostrae praemia, quae prona largitate uobis noscimur contullisse, inrumpere conabuntur, quibus repromissa misericordia suis caelitus reseruat temporibus. Ergo e[sto]te ab hac die liberi, estote ingenui ciuesque Romani et generale nube detersa ad splendidiora peruenite mi[ni]steria, quae diuin[a]fa[c]iente misericordia uo[b]is probantur fuisse indulta; quibus opto ut tam fratribus quam filiis in auribus grata perpatescant. Et ut uobis aula ingenuitatis fortissime roboretur, necessarium nobis est ut muneric prosequente largitate huius paginae textus in omnibus suppleatur. Pro qua re donamus uobis ex preuilegio ecclesiae ill., cui Deo autore deseruimus, hoc et illud cunctoque peculio uel peculiare uestro siue quod nunc habere uidemini seu quod in di[ebus] uitae nostrae profligaueritis; omnia, ut diximus, uobis concedimus, quod per huius confectae libertatis paginam habeatis, teneatis, posideatis, iure nuestro in perpetuum uindicetis ac defendatis uel quicquid ex hac re uobis tradi[ta] uoluntas fuerit, faciendi perpetim habeatis potestatem,

sacramenti fide interposita per hoc et illud, quia hoc firmum perpetuumque mansurum esse quod prona largitate uobis constat fuisse concessum. Nec quisquam contra factum meum uenire conabit. Si quis uero, quod fieri non reor, ex aduerso consurgens contra huius epistolae materiam uenire conauerit, sacrilegii criminis teneatur obnoxius, et nec sic huius paginae ualeat fundamenta disrumpere. Cui rei uim doloque secluso praesens praesentibus uobis stipulatus sum et sponpondi atque Aquilianaे legis innodatione subinterfixa, qui omnium scripturarum solet adicere plenissimam firmitatem. Quan cartulam manu mea subscrispsi...

**49**

[saec. VI ?]

**CARTULA VENDITIONIS**

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 11.

...annorum circiter tot, [numeri ill.], qui nobis ex comparatione ab ill. iure noscitur aduenisse. Definito igitur et accepto a uobis omne praetium quod in placitum uenit nostrum, id est, auri solidi numeri tot, quos a te datos et a me acceptos per omnia manet certissimum, nihil penitus de eodem praetio apud te remansisse polliceor et tradidi tibi supra memoratum seruum, non caussarium, non fugitiuum, non uexaticium neque aliquod uitio in se habentem nec cuiuslibet alterius dominio pertinentem. Quem ex hac die habeas, teneas et possideas, iure tuo in perpetuum uindices ac defendas uel quicquid de suprafati serui personam facere, liberam in omnibus habeas potestatem. Quod etiam iuratione confirmo...

**50**

[saec. VI ?]

**DONATIO SPONSALITIA**

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 15.

*Angel Canellas López*

Dulcissimae coniugae meae ill. ill. Donationem semperque futurae coniunc[ti]onis causa fieri legum solemnitas et Iulia decreuit autoritas. Ideo patrocinante Deo parentum tuor[u]m tuusque consensus accessit ut petitam te mihi in coniugium copularem. Ideoque donare me tibi censui et dono ill. et ill., quod exinde habendi, tenendi et possidendi nostrique posteris derelinquendi liberam in Dei nomine habeas potestatem. Quod etiam iuratione...

**51**

[saec. VI ?]

**DONATIO SPONSALITIA**

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 19.

Regulam antiquae constitutionis, quae est de ordinatione matrimonii legibus constituta, euidentius obseruantes, quod pro dignitate natalium communium elegimus in Dei nomine faciendum, ut condignis atque consuetis uos cumulemur praemiis. Quamobrem donare me indulgentiae tuae profiteor et dono...

**52**

[saec. VI ?]

**CARTULIA TESTAMENTI**

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 22.

Sana mente san[o]que consilio d[esi]derium meum in omnibus implere cupiens, dum m[e] dono diuinitatis integra mentis s[a]nitate conspicio, et humanae condicionis fragilitatem per omnia metuens, ne forte subitanea morte [p]reuentus desideria [quae] cordi meo sunt alligata implere non ualeam, testamentum meum condidi, scribendum dictaui. Quem etiam testamentum meum uolo ut ualeat iur[re] ciuilium praetorio. Quod si iuri ciuilium praetorio

ualere distulerit, ad uicem codicilorum uel fidei commissum etiam ab intestato eum decerno ualere. Itaque cum e rebus humanis abscessero et debitum naturae reddidero, tunc dulcissimae coniugis meae atque filiis meis uolo esse concessum hoc et illud...

53

[saec. VI ?]

CARTULA DIJUDICATIONIS

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.

— Ed. ZF y MW, núm. 40.

Tunc enim ueritas ex consequenti ratione colligitur, cum in examinatione partes litigantium ueniunt. Ergo cum inter illum et illum arbitres sed[i]ssemus, uicisim se multis iurgiis impugnare coeperunt; cumque diutissime conten[d]o et se mutuo iniuriando crebis conuiciis lacescirent, legis autoritate illis praecepimus ut r[emota] iurgiorum controuersia propria in conspectu nostro propalarentur negocia. Tandem ille con[tra] illum [a]ss[eru]it dice[ns]: 'Rem illam, quae iure patri mei deb[ita] mansit, cur eam in tu[o] seruitio habeas, edicito'. E contra ille ait: '[Rem] istam, quam a nobis reposcere conaris, per ill. et ill. capitulo nobis collata sunt, et per t[o]t annos nominata [r]es iu[r]e patres mei ill. et nostro seruitio mansit. Sed s[i] iuxta quod asseris, res illa esse pat[ris] tui ill. iu[r]e fuisse debita affiras, conuincere te oportet'. Tunc ille petitor secundum ill. responsum se t[a]lem probationem manifestus est habere; quam etiam in nostro iuditio proferens, id est illum et illum, iuxta legum decreta sagaci intencione eos segregatim percontari decreui[m]us. Quorum dum testimonium liquide discutere conaremus, inuenimus illum et illum seruos esse illius et consanguineos fratres eorum in seruitio originali esse ill.; et ill. et ill. et ill. de ea, quae testificare conabantur, bifarios eos testificare deprehendimus: ill. dixit sic et alius dixit hoc et illud se scire. Proinde nec mora obsistit et ille in nostro conspectu, sententias legis libri ill. protulit, legem illam qui est sub titulo illo, era illa, ubi dicit hoc et illud. Hic expletis sermonibus, ille petitor contra illum asseruit dicens hoc et illud. Tunc ill. hoc, quod ill. petitor

sermone professus est, per idoneum testem firmari expetit. Ad haec ille petitor adiecit praeter se et illum nullam tertiam personam interfuisse. Sed tu[nc] ill. suo sermone professus est hoc et illud. Cumque ille imperatum a no[bis] fuisse ut iuxta quod locutus est pro rem illam [e]t illam sacramentum redderet, ipse ill[u]d iuramentum reddere non ausauit. Tunc [nos] decreui[mus] hoc et illud. Quam rem ad singula d[e]cernentes in ha[n]c iuditii paginam inseruimus, quatenus futuris temporibus iu[s]titiam h[ab]e[n]s congaudeat et calumniantis [aduersa] u[ox] sp[au]efacta conticescat. Facta iuditii p[a]gina in ciuitate illa, sub die Calendis illis, anno illo, [r]egno illo, era illa. Ille hanc iuditii paginam nostro in iudito latam su[b]scripsit. Ill. rogitus a domino et fratre ill. hunc iuditium ab ipso et nostra coram praesentia lat[um] subscripsit.

**54**

[saec. VI-VII ?]

**RELIQUIAE CARTULAE**

— BERNA, Bibl. Munic. ms. AA. 90, fragmento, perg. 180 × 255 mm. escricu-  
ra inferior del palinesto.  
— Ed. Ch. LA, doc. 2.

...que e... m e...  
...e... et mouilibus; ut inmouilibus...  
...e... ci...  
...ra.c...ribus a.hos...  
...e...oha...h...pro...  
...meum r...  
...t...  
...t...p...  
...aoro...et...  
...nusas...populus...s...q...  
...nibus...  
...sili...o hoc... is hec...  
...que...is hee...  
.....

[saec. VI-VII ?]

TESTAMENTUM APUD ACTA CONDITUM

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 25.

Gesta. Era ill., anno illo, regno gloriosissimi domini nostri ill. regis, sub die Calendis ill., acta habita Patrici[a] Corduba apud illum et illum principales, illum curatorem, illos magistratos. Ille dixit: 'Ante hos dies bonae memoriae dominissimus ill. suam condidit uoluntatem, per quam ecclesiabus sanctarum Dei aliqua concessit atque uernulos suos absoluit. Et quia [m]ih[i] de presenti commisit ut post transitum suum apud grauitatem uestram eam adpublicarem et gestis publicis adcorporarem, proinde quia die isto die [est] tertia quod ab hac luce fata migrauit, spero honorificiam uestram ut eam uobis ingrabanter recensere mandetis'. SSSSS. DDDDD.: 'Voluntas dominissimi ill., quam filius et frater noster ille offert, recensendam suscipiatur et legatur, ut agnita possit in acta migrare'. Ex officio curiae est accepta et lecta. Cumque lecta fuisset, SSSSS. ad illum DDDDD.: 'Ecce uoluntas dominis[si]mi illius, quem nobis protulisti relegandam, lecta est et sensibus nostris patefacta, quae iuxta liberalitatis eius arbitrium plenissimam in se continet firmitatem. Quid nu[n]c fieri desideras, edicito'. Ille dixit: 'Rogo grauitatem uestram ut haec quae acta uel gesta sunt publicis haereant monumentis'. [S]SSSS. DDDDD.: 'Quae acta u[e]l gesta sunt, huic corpori contin[e]antur inserta'. Ille dixit: 'A[u]ctorum peto potestatem'. SSSSS. DDDDD.: 'Describe ill. ex [pp]'. Gesta apud nobis habita subscrispit ill., magister ill. conscripsit.

[saec. VI-VII ?]

CARTULA COMMUTATIONIS

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 27.

Domino et fratri ill. ill. Licet largiente lege commutationis ordo uinditionis optineat uires, tamen oportunum est hoc pro futuris temporibus per scripturae conscribere tramitem, ut et pro conseruanda memoria eius pateat series et ea *que* sponte conueniunt nullius manente obstaculo pere[n]iter su[m]ant uigorem. Ac per hoc bona electione alterutrum conuenit ut tibi hoc et illud iuris mei causa commutationis dare d[e]berem, quod et dedisse me manifestum est, pro quod igitur e contrario titulo commutationis a uobis accepimus hoc et illud. Quas igitur res superius memoratas, a nobis utraque uoluntate in singulorum iure translatas, habendi, tenendi et possidendi faciendique unicuique nostrorum de re sibi tradita quod uoluerimus libera in Dei nomine nobis per omnia maneat potestas. Quod etiam iuratione firamus...

**57**

[saec. VI-VII ?]

**CARTULA COMMUTATIONIS**

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 28.

Domno honorabili fratri ill. ill. Quod partium utror[umque] communis est uoluntas, licet mutuo debeat seruari consensu, sed ad posteritatis memoriam reseruandam adicitur testimonium literarum. Ideoque nostraræ placuit at[que] con[u]enit uoluntati ut hoc et illud nobis in commutatione da[r]e deberemu[s], quod et fa[c]tum est. Quas igitur res...

**58**

[saec. VI-VII ?]

**CARTULA DONATIONIS FILIO**

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 29.

Dulcissimo mihi atque charissimo filio ill. ill. Cum prona uoluntas propensiorem exigat largitatem, tunc pr[ofun]dior ani-

mi probatur affectus, quando <donatio> indisolubili charitatis uinculo munificencia praeente conscribitur et uotiua oblatio nulla intercedente discensione penitus reuocatur, sed requiret potius locum ubi et arbitrii uotum et r[ep]ensationis probet officium. Quapropter donare me tuae dulcedini profiteor et dono hoc et illud, quod ex hac die habendi, tenendi et possidendi faciendique exinde quod uolueritis liberam in Dei [nomine] habeatis potestatem. Quod etiam iuratione...

**60**

[586-601]

[DIEGO ALVARO]

CARTULA LIBERTATIS

— SALAMANCA. Pizarra procedente de Diego Alvaro, *or.* 150 × 80 mm.  
— *Ed.* D. p. 58.

† Domino honorabili fratri Montano et a[...]  
...ria et avenir novis bona volunta[...]  
...i]lla faciendi libere abias potestate et c[...]  
...qua ego contra facto nostro uenire...  
...]uerimus ante lites ingresum infera[t...]  
...legis abit ac mentione taxesata...  
...meorum ex optationis sub die op[tavo...]  
Reccaredi regis † signo manu[...]

**61**

[586-601]

[DIEGO ALVARO]

— M. Col. Gómez Moreno. Pizarra *or.* procedente de Diego Alvaro, 185 × 130 mm.  
— *Ed.* GM, núm. 10.

...Domno et fratri domno m[...]  
...e]ius nonne et filio uestri men[...]  
...Amantius et Fulgentius pro[...]

*Angel Canellas López*

...uobis per u[n]c placitum nostr[um...  
...et kabemus nos uobis remite[re...  
...a]ngila pro caballa sua ua[...  
...fieri supra scriptum...  
...]se proprie nos alteri cu[...  
...set ilo teste prestari eis...  
...eos fiet fieres emere...  
...Reccaredus meus tes...  
...testi]monium [...  
...]fi es[...  
...te]stes [...  
...obis... testes ante hi[...  
... tas ... o...  
...ri ingre...

... et in...  
ti... c. squ...  
...ngr... ma...  
...s uc placit[um...  
...subscriptis.

**62**

[586-601]

[DIEGO ÁLVARO]

CARTULA VENDITIONIS

— SALAMANCA. Paradero actual desconocido. Pizarra *or.* 110 × 90 mm.  
— *Ed.* MM. pp. 65-6.

† Meis dominis honorabilus fra[...  
Crisciturus et non ne id[...  
Placuit atque convenit ut n[os...  
auditoque acceso suo vobis [...  
da]to et definito pretio quot inter [...  
auri solidus numero tresi[...  
vos desdistes et nos ad integro [...  
nicil que penitus de ho[...  
set polliceor quem isto...  
iure traditum abs[...  
que posteritis de [...

callo facere...

potestas...

prodet [ei...

...eodem [item] eis det egi...

...sangionis suis oc abetes eum...

...eos ligastes legate tuo facto...

...pudet ei oleos onore posto me...

...ei tenete et testili ero ballo...

...e meo te...

...ditioni ciri areas cum aula sub...

...meos tenemus eligere rem...

...fit cesoria det LX piloi...

Ego Cresciturus...

me fieret ob meo te...

...munior...

†

...in meis...

...sui...

63

[586-601]

[DIEGO ALVARO]

CARTULA VENDITIONIS

— M. Col. Gómez Moreno; pizarra or. 280 × 250 mm.

— Ed. D. pp. 83-85.

† h. Domno et sourino meo De-  
siderio Gregorios uinditor. Quoniam  
hos inter nobis placuit adque conuenit ut  
ego tibi uindere et uindo portione [de] ter[ra...]  
de terra, ipsa terra in possessione regias  
te tam... quanq [...] ero...  
noto pretio qot inter nob[is] bone pacis conue[nit:]  
id est auri solidus nome[ro ...] et relicuas qua parte...  
pro cos tu imtor dedisti [...] uinditore de te accepi...  
me ad integrum ad [...]sti nicilque p[...]  
penitus de ipso preti[o...]

licemur qu[...]  
in tuo iure...  
ferat ad eu[...]  
que in p[...]  
uel [...]  
tris [...]  
s [...]

---

Signi Gandarici.  
Ualaricus rogitus a supra in anc cartula condicio-  
nis testis.  
Marius rogitus a s[upra] scripti an cartula con-  
ditionis scripsi, die et anno co supra.

**64**

[586-601]

[DIEGO ÁLVARO]

CARTULA CONDITIONIS SACRAMENTORUM

— M. Col. Gómez Moreno. Pizarra de Diego Álvaro, *or.* 280 × 250 mm.  
— Ed. D. pp. 83-84.

† Profesio de ser[...]  
Ego Uinigildi de locum Langa[  
tomanca dum uenisce ad loc[  
cum litigare ad domo Froilani, ego ad-  
duxsi teste ipse Froila fraude ad do-  
mo Desideri dum istare in domo Desideri  
sit ueniens Froila, et dixit mici: 'Leua leuita  
et uadamus ad domo Busa[u]ni et sa[...][ et unu  
sudi sit fuimus ad domo Busauni unum ra[  
...pro Froilane et dixsit nouis: 'Uadamus  
ad fragis ad uinias postas'. Et pono te ibi in fragis; et le-  
uaui de domo Desiderii p[...]rales duos dolabra, una  
...]o quanto lasparis, una [...]na

65

[586-601]

[DIEGO ÁLVARO]

CARTULA PATROCINII

— M. Col. Gómez Moreno. Pizarra *or.* 200 × 130 mm.  
— Ed. GM, núm. 15.

...des ei edem...  
...emere me freis det...  
...prepotente rege...  
ei memoret meum...  
protectorato eius...  
sedere meos emes...  
egeres meos memore eum...  
pro meritis detes precepere...  
Dorotiseo tenere meis...  
Domnobono memore detes...  
Semeno ipso detes egere...  
...

66

[586-601]

[DIEGO ÁLVARO]

NOTITIA PECORIS

— M. Col. Gómez Moreno. Pizarra *or.* 270 × 110 mm.  
— Ed. D. p. 86.

cc...  
ecuas maiores...  
xii sesquannes...  
vii nouellos p[...]  
tres iii trimos duos.  
v fiunt maiores...  
vii uitelli anni[culi  
xiii feminas anni[culi  
ita in unum cinquagin[ta

*Angel Canellas López*

m]aiores sexs vi sesquanne[s...  
ui]telli anniculi masculi tres.  
...]las duas ii cod fiunt in...

maiores apti[...

**67**

[586-601]

[DIEGO ÁLVARO]

#### RELIQUIAE CARTULAE

— *M. Col.* Gómez Moreno. Pizarra *or.* 110 × 90 mm.  
— *Ed.* D. p. 82.

† I[n no]mine D[omini  
memores mea...  
in ro...nt et...  
et menda... a esse...  
ter maiorum cinqu[...  
turia sit nostra...  
a] fontem ne uin[...  
...]eta [...]

**68**

[586-601]

[DIEGO ÁLVARO]

#### NOTITIA CONSIGNATIONIS

— *M. Col.* Gómez Moreno. Pizarra *or.* 240 × 210 mm.  
— *Ed.* D. p. 88.

† Notitia in qua ordenatu est quos... i... emeses  
Consignemus Simplicio id est ut tes...  
cum agnus suus det scroua una uacca, una...  
hospiti Amantio... a...bram quam pariat in ospite...  
domni sui Ualentini uitulas duas...  
triticu modios xxv

69

[586-601]

[DIEGO ÁLVARO]

NOTITIA COMPANICI

- M. Col. Gómez Moreno. Pizarra *or.* 160 × 100 mm.  
— Ed. D. p. 89.

† Notitia de casios, id est, Cus[...]  
leuauit froma sine p[...]  
Maurelus froma una, Iouin[...]  
a....o Libertus froma una,...  
ri...

70

[586-601]

[DIEGO ÁLVARO]

NOTITIA SUPELECTILIS

- M. Col. Gómez Moreno. Pizarra *or.* 120 × 90 mm.  
— Ed. D. p. 89.

...inauris ...dus oli

—  
† Notitia de ripet[...]  
unum benula una...  
quinque toniquas...  
ta quatuor facisteri[...]  
camissias quas per tuo...  
et unam sabana[m...]  
ra una pedol[a...]

71

[586-601]

[DIEGO ÁLVARO]

DISTRIBUTIO CEREALIS

- M. Col. Gómez Moreno. Pizarra *or.* 110 × 80 mm.  
— Ed. D. p. 90.

*Angel Canellas López*

...o... o atque...  
...]tur id est amat[...  
...]modio tritico [...  
...] fiet iso modio [...  
...] x iminas [...  
...]riam [...

**72**

[586-601]

[DIEGO ÁLVARO]

NOTITIA SUPELECTILLA ?

— M. Col. Gómez Moreno. Pizarra *or.* 160 × 60 mm.  
— Ed. GM. núm. 23.

...ntius...  
...as fac...  
...duas soc[as...  
...untias eo...  
...ora formo l[...  
...cu collas...  
una de lino...  
untia de lan[...  
...s restas...  
...um...  
...do...

**73**

[586-601]

[DIEGO ÁLVARO]

RELIQUIAE CHARTULAE

— M. Col. Gómez Moreno. Pizarra *or.* 100 × 60 mm.  
— Ed. GM. núm. 24.

...uilmas...  
...unus ma...  
...nteus...

[saec. VI-VII]

CARTULA LIBERTATIS

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 1.

... posterum denique ne inquietudo in uos aliqua incumbat aut contra hoc factum nostrum irrita aduersitas impugnet, tali maluimus iudicio presenti tramiti poena subiungere: sit ille Deo reus, sit a sancta communione alienus, sit a consortio iustorum extraneus, sit a grege catholico segregatus, atque dum ille tremenda examinationis iuditii dies illuxerit, inter impiorum cruciamenta sortis Iudae damna substineat, inter crepitantibus flammis aeternis conflagretur incendiis; sicque erga hominibus manendo o[bnox]ius illa parti uestrae suppleat quae de maculanda ingenuitate legalis sonat sentencia, huc uero factum nostrum nequaquam disrumpere ualeat. In quam [rem] ui doloque secluso praesens praesentibus stipulatus sum et spopondi, subter manu mea subscripsi et testibus a me [ro]gitis pro firmitate tradidi roborandam, Aquiliam quippe commemorans legem, qui omnium scriptu[rarum] suo ui[go]re iugiter [co]rroborat actos. Facta cartula libertatis in ciuitate illa, s[ub] di[e] Calendi ill., anno ill., ill. regnans, era ill. Eg[o] ill. hanc cartulam libertatis in praedictorum personas a mea uoluntate collatam relegi, cognoui et s[ubter] scripsi sub die[s] et anno[s] et era quae supra. Ille rogitus a domino et fratre illo in hanc cartulam libertatis ab ipso factam... Testamentum suprascriptum die, anno et era qua supra...

[saec. VI-VII]

CARTULA OBLATIONIS

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 7.

...et unitas indiuisa, et regnum gloriosissimi domini mei ill. regi gentique suae salutem, quia hoc quod prona et propria[que]

uoluntate sinceraque deuotione obtulimus omni stabilitate esse mansurum et neque [a me] neque ab haeredes uel prohaeredes meis neque ex transuerso in lite ueniente persona hoc aliquatenus esse soluendum. Si quis sane, quod fieri non reor, contra hanc nostrae oblationis cartu[lam] uenire conauerit, stante huius cartulae firmitate[m] alliud tantum quantum obtulimus ecclesiae uestrae ex suo prop[r]io gloriae uest[r]ae uel ad cultores uestros pe[rso]luat, et iuditium Iud[ae] Scar[iotis] sumat, [u]t [i]n eius con[dem]natione communem habeat participium ac in aduentum Domini sit anathema maranatha u[e]l in hoc seculo exors ab omni coetu catholicae religionis Gyezi lepra percuciatur. Qui nostrae oblationis cartulam sacrilega mente ineruare uoluerint, haec transgressor diuina ulciscente seueritate suscipiat, nulla tamen ratione huius nostrae oblationis forman inerua[r]e ualeat. In quam cartulam praesens pr[ae]sentibus stipulatus sum et spopondi. Et quia literas ignoro rogaui et dominum et fratrem ill., qui pro me suscriptor accessit; ego uero manu mea signum feci et testibus a me rogitis bene natis uiris pro firmitate tradidi roborandam, Aquilianam quippe commemorans legem, qui omnium scripturarum plenissimam tribuet firmitatem. Facta cartula oblationis sub die Calendis in loco ill., anno ill., regnauit ill, era ill. Rogitus a domino et fratre ill., quia ipse literas ignorat, pro eum [su]scriptor accessi, et hanc oblationem ab eius uoluntate factam pro confirmationem suaue personae subscrispi. Ipse uero suber manu sua signum feci[t] sub die, anno et era quae supra. Signum ill., qui hanc oblationis cartulam cum rebus conlatis sancto martiri ill. spontanea uoluntate contulit.

76

[saec. VI-VII]

DONATIO SPONSALITIA.

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 17.

Festa solemnitas intercedat, quippe gratia liberal[it]atis augetur et mihi dulce coniugium est, cuius uinculum donationis titulo ampl[ia]tur. Optare quod maximum est donare quod proprium est. Etsi concinenter animo parentum et con[ti]nuo Deo propitio

uentura mihi sis in coniugio, [...] et propter gratiam pocreandorum filiorum uirgini ante nuptias spo[n]salicia largitate polliceor et dono hoc et illud, quod ex hac die, si Deus praec[e]perit, natis tuisque posteris derelinquas.

77

[saec. VI-VII]

#### DONATIO SPONSALITIA

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 18.

Nuptiarum solemnium festa petitio, quae fauctore Deo summo simplici uoto quaerente conceditur, tunc magnum sui obtinet complementum dum communium electione parentum perficitur. Sed in quantum maritandis ordinibus comparanda mercatio, diuinis [s]oli[di]us est constituta praecepties, in qua plasmator omnium Deus, dum glutinando humani corporis formassed imaginem, ex eius materiam haerentem ossibus carnem similem huic adiutorium formare concessit. Quapropter donare me indulgentiae tuae et dono hoc et illud...

78

[saec. VI-VII]

#### CARTULA TESTAMENTI.

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 23.

Dulcissimae coniugi meae ill. ill. Dum in coiugio positi fuisse mus et filii nobis non essent, ex communi consensu pariter per tractantes ne nos repentina mors subriperet et paupertas nostra inordinata remaneret, salubri consilio elegimus ut inuicem nobis cartas uoluntatis conscribere deberemus, ut unusquisque nostrum, qui alio superuixerit, assem paupertatis nostra[e] securus debeat possidere. Ideoque do et don[o] dominamque te in cuncta constituo

in omnibus corporibus mobilibus et inmobilibus seu semimobilibus uel quod nunc possidere dignoscor seu quicquid in uita mea augmentare potuero, ad integrum tuo iuri defendas, ea tamen ratione seruata, ut si Dominus nobis filios nasci praeceperit, post transitum discessumque meum successorio gradu ipsi nobis sint haeredes. Certe si impedientibus peccatis nostris filii nobis defuerint, assem integrum paupertatis meae post transitum meum, sicut supra decreui, habeas, teneas et possideas, iure tuo in perpetuum uindices ac defendas uel quicquid de omnem paupertatem iuri meo debitam facere uolueris, liberam in Dei nomine habeas potestatem. Quod etiam iurati[o]ne confirmo...

79

[saec. VI-VII]

CARTULA DONATIONIS FRATRI.

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 30.

Domino et fratri ill. ill. Magnus donationis est titulus in quo nemo potest actum largitatis intrumpere. Et ide[o] quod prona largitate offertur, libenter semper debet amplecti, ut et donatori pro largiat [e] uigor crescat amoris et bene parienti uotum gratia cumulet muneris. Ob hoc donare me tuae fraternitati profiteor et do hoc et illud...

80

[saec. VI-VII]

CARTULA DONATIONIS CLERICΟ.

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 31.

Sanctissimo domino et in Xpo patri ill. ill. In quantum tuae sanctitatis beneficia erga nos nostrisque utilitatibus apparet copiosa, nec munerum potest retributio coaequa[r]i nec nostri meriti[s] uicissitudo complecti. Ob hac re oportunum duximus protantum beneficij meritum haec parua beatitudini uestrae conferre

munuscula, id est, illud et illud, quod almitas reuerentissima uestra ex hodierna die per huius donationis nostrae uigorem addeundi, habendi, tenendi et possidendi faciendique ex hoc quod uestra elegerit uoluntas libera in omnibus Xpo auspice uobis maneat potestas. Quod etiam iuratione confirmo...

**81**

[saec. VI-VII]

CARTULA VENUNDATIONIS STATUS LIBERTATIS.

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 32.

Domino semperque meo ill. ill. Licet sanctione legum sit constitutum, tamen nullus pro sua uoluntate suum statum deteriorat; sed quotiens prae legitimam quis [causam] suam portando personam necessitate uel miseria aliqua laborare uidetur, sua causa constringintur de suum statum qualem uult ferre iuditium, [utr]um meliorandi an deteriora[n]di liberam habeat p[o]testatem. Ideoque propiae mecum deliberaui ut statum meum uenundandum proposui Quod etiam uestra dominatio haec audiens, et per mea supplicatione uester accreuit adsensus, et datos a tua dominatione solidi [N.] tot propter hoc et illud me accepisse manifestum est. Et ideo memoratum statum meum ex hodierna die habeas, teneas et possideas, iure dominioque tuo in perpetuum uindices ac defendas, uel quicquid in meam uel de meam personam facere uolueris, directa tibi erit per omnia uel certa potestas. Quod etiam iuratione...

**82**

[saec. VI-VII]

LIBELLUS DIVISIONIS.

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 33.

Licet inter pacificas mentes difinitio sola constet uerborum, tamen pro memoria temporum testimonium adicitur literarum,

quia nullatenus longi temporis spatium in ambiguitate transmittere poterit quod uelut nuper factum lectionis recursio ad memoriam reducit. Igitur dum inter nobis de paupertatula patris uel matris iugis intentio uerteretur, conuenientibus animis contigit in portione illius hoc et illud et in portione illi [u]s hoc et illud, Quod ex hac die unicuique nostrorum quod contigit, securus Deo nitente possid[e]at nec ulterius quispiam aliquam ex nobis molestiam alterna inferat controuersia, sed quidquid unusquisque nostrum de sibi debitam portionem facere uoluerit, habeat in omnibus liberam potestatem. Quod si forte aliquis ex nobis hunc diuisionis nostrae factum dis[i]pare conaberit, sibi debitam portionem a[n]te litis ingressum amittat, illorum iure pertinendam qui huius uoluntatis decreta seruauerit. In quam rem uim doloque secluso stipulatione adni[x]a subter manus nostras [r]obore firmauimus et testibus pari uoluntate pro firmitate subscribendum tradidimus. Factum diuisionis libellum...

**83**

[saec. VI-VII]

**CONDITIONES SACRAMENTORUM**

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 39.

Conditiones sacramentorum, ad quas ex ordinatione ill. iudicium iurare debeant: 'Iuramus primum per Deum Patrem omnipotentem et Ihesum Xpm filium eius Sanctumque Spiritum, qui est una et consubstantialis magestas; iura[m]us per sedes et benedictiones Domini; iuramus per Cherubin et Seraphin et omnia Dei secreta misteria; iuramus per signum sanctae ac uenerandae crucis, quod ipsius fuit patibulum; iuramus per tremendum atque terribilem futuri iuditii diem et resurrectionem domini nostri Ihesu Xpi; iuramus per omnia sacra corpora gloriosasque martirum coronas omnesque uirtutes caelorum uel haec sancta quatuor euangelia et sacrosancto altario domini nostri ill. martiris, ubi has conditiones superpositas nostris continemus manibus; iuramus per dexteram Domini, qua sanctos coronat et impios a iustis separat eosque mittit in camino ignis inextinguibilis, ubi erit fletus et stridor dentium; iuramus per cardines caeli et f[a]bricam mundi, quae ipse uirtute uerboque fundauit; iuramus

per sacra misteria et sancta sacrificia; i[u]ram[u]s per omnes caelestes uirtutes et cuncta eius mirabilia; iuramus per sanctam communionem, quae periuranti in damnatione maneat perpetua, quia nos iuste iurare et nihil falsum dicere, sed nos scimus inter ill et ill. hoc et illud in tempore illo actum fuisse. Quod si in falsum tantam diuinitatis magestatem ac deitatem taxare aut inuocare ausi fuerimus, maledicti efficiamur in aeternum; [mors] pro uita nobis destinetur; sit latus in consolatione assiduus; desc[endat] igne rumphea caelestis ad perditionem nostram; [oculi] nostri non erig[antur ad] caelum; lingua nostra muta efficiatur; omnis interiora uiscera nostra obduretur et arescat; atque in breues dies spiritus diaboli pe[r]iurantem arripiat, ut omnes periuri metuant et sinceres de tam celeri Domini uindicta congaudeant. Et quemadmodum descendit ira Dei super Sodo[m]am et Gomorram, ita super nos extuantibus flammis [s]euiat mala ac lepra Gyesi uiuosque terra obsorbeat, quemadmodum absorbuit Data et Abiron uiros sceleratissimos, ut uidentes omnes supernae irae Dei iudicium talibus hominibus, terreantur exemplo'. Late conditiones sub die ill., anno ill., era ill. Ill. uicem agens illustrissimi uiri comitis ill. has conditiones ex nostra praeceptione latas subscrispsit. Ill. has conditiones nostra coram praesentia latas subscrispsi.

84

[saec. VI-VII]

CARTULA PROCURATIONIS.

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 41.

Domino mihi indiuiduo fratri ill. ill. Rogo atque iniungo tuae fraternitati ut ad uicem personae meae peragere iubeas et intentio, quae inter me et illum pro hoc et illud uertitur, in praesentia iudicium secundum ordinem legum negotium meum prosequi procures, ita ut quicquid de lege et iustitia egeris, ratum me in omnibus esse [p]oliceor. In quo iniuncto praesens praesenti stipulatus sum et spopondi, subter manu mea subcripsi et testibus bene natis uiris a me rogitis tradidi roborandum. Facto iniuncto sub die...

CARTULA PROCURATIONIS.

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 42.

Spero iniungoque tuae charitati propter apicem personae meae ut fratrem nostrum illum pulsare debeas propter auri solidi num. tot, quos nos ei praestimus, unde et placitum ipsius apud nos tenemus, ut solidos ipsos iuxta placiti sui tenorem perpetua intentione recipere debeas. Quod si contempserit et saepe dictos solidos uobis restituere distulerit, eum in praesentia iudicis compellere facias et secundum legis tramitem uobis per iudicis imperium seu iuditium satisfa[ce]re debeat. Quicquid egeris...

[saec. VI-VII]

CARTULA PROCURATIONIS.

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 43.

Domino et in Xpo fratri ill. ill. Iniungo tuae charitati ut ad uicem personae [meae], dum et Deus in locum illum cum salu[te] perduxer[it], seruum i[u]ris [m]ei [n]omine ill., qui de seruitio meo se substraxit, p[er]q[uirere] d[e]be[as] et dum eum in[u]neris conscriptum meo domin <i></i> reuocare studeas. Quidquid egeris gesseri[sue]...

[saec. VI-VII]

CARTULA MUTUI

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 44.

Imperante tibi Domino praecibus meis subuenire dignatus es ut mihi quinque solidos propter mea necessaria praestares, pro quos solidos seruum iuris nomine illum ad uniuerso seruitio impendendo tibi seponer[e] elegi, [e]a interposita conditione, ut dum mihi Dominus dederit unde solidos ipsos tibi cum gratiarum actione restituam, tunc supra dictum seruum [de] tuo dominio in meo faciam reuerti seruitio. In quo placito stipulatione subnixa subter manu mea signum feci et testibus a me rogitis tradidi roborandum. Facto...

88

[saec. VII in.]

CARTULA LIBERTATIS.

— M. BN. *ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.*  
— *Ed. ZF y MW*, núm. 3.

Cum humanis sensibus omnia quae ex bona uoluntate proueniunt Die arbitrio probantur infundi, id maxime diuin[ae ad]hortationis esse dignoscitur, cum ad faborem libertatis animus prouocatur. Hac itaque contemplatione permoti, quicquid in uobis nubilum contulerat origo nascendi, ad splendorem ingenuitatis habita munificentia institui roborare. Proinde ex hac die ad instar ciuium Romanorum ingenuum te ciuemque Romanum esse constituo atque decerno, ea ta[m]en conditione serbata ut, quosque aduixero, ut ingenuus in patrocinio mihi persistas e[t u]t idoneus semper adher[eas]; post obitum uero [m]eum nullius reseruato obsequio, ubi[u]bi manendi...

89

[saec. VII in.]

CARTULA LIBERTATIS.

— M. BN. *ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.*  
— *Ed. ZF y MW*, núm. 4.

Fidelium famulorum seruitia, immaculata mentis obedie[nti]a ministranda ,condigna merito libertatis beneficia consequuntur. Haec enim *nunquam* sunt n[ae]f[us]a commertia, quandoquidem fideliter seruientibus prouocamur recompensare dignissima prae-mia. Et ideo inoffensibilem seruitiorum uestrorum sedulitatem pensantes nobisque ante Deum sortem beatitudinis acqui[re]re cupientes, mercedis intuitu compellimur debitum uobis relaxare seruitium et splendi[dum] idoneumque conferre libertatis statum. Quapropter i[n]ge[ne]num te ciuemque Romanum esse constituo atque decerno, ut, abstersa a uobis omne originali macula a[c] fece seruili perfectu gradu [de]fe[ru]enda, nullius [reseruato] obse-quio in splendidissimo hominum coetu atque in aulam ignenitatis plerumque uos esse congaudete, ita ut ab hac die ubiubi...

90

[saec. VII in.]

CARTULA TESTAMENTI.

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 24.

Egregia conubiis dilectionis augetur cupidus egregiusque m[o]ri-bus pariterque decreta sancimus, quas auctor omnipotens in euo censeat conseruare. Quin etiam scilicet quoniam indoles habemus, ob hoc saluberrime pepigisse coprimur, ut si quispiam nostrum prius ab hac luce discesserit, [u]trum tu an ego haereditatem omnemque nostram, quam dono Dei fruere uidemur, qui superstis ex nobis fuerit possidenda congaudeat, quatenus exinde qui de nobis superaduixerit, quicquid facere uoluerit, liberam praesole Domino fruatur in omnibus ac firmissimam potestatem. Quod etiam iuratio-ne confirmamus per diuini nominis maiestatem fu[tu]rumque resurrectionis tremendi iuditi diem atque regnum gloriosissimi domini nostri ill. regi gentique suae salutem, quia hoc, quod propria et prona uoluntate conscripsimus, omni stabilitate permaneant, et neque a nos neque a quemquam haeredum [no]strorum aut ex trasuerso in lite ueniente persona hoc aliquatenus possint infringi. Nam si quis, sane quod fieri non reor, aliquis contra hunc factum meum uenire conauerit, tot libras auri fisci uiribus profuturas cogatur exoluere et confusus recedat atque cum Iudam Scarioth ha-

beat participium; et nec sic quoque huic paginae ualeat fundamen-  
ta disrumpere .Cui rei uim doloque secluso praeſens praeſentibus  
ſtipulatus et ſpondi et ſubter manu mea ſubſcripsi et testibus a  
me rogitis pro firmitate tradidi roborandam. Facta epiftola  
uoluntatis.

91

[saec. VII in.]

CARTULA PRECARI.

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 36.

Domino ſemper meo ill. ill. Dum de die in diem egestatem pa-  
terer et huc illuc percurrerem ubi mihi pro compendio laborarem  
et minime inuenirem, tunc ad dominationis ueſtræ pietatem cu-  
curri, ſugereſ ut mihi iure praecario in locum ueſtrum, quod  
uocatur ill, ad excolendum terras dare iuueres. Quod et ueſtra  
annuens dominatio petitioni meae effectum tribuit et terras in pre-  
fatum locum, ut mea fuit poſtulatio, ad modios tot, ut dixi, iure  
praecario dare dignauit. Proinde per huius praecariae meae textum  
ſpondeo nullo unquam tempore pro eadem terras aliquam con-  
trarietatem aut praeiuditium parti ueſtræ afferre, ſed in omnibus  
pro utilitatibus ueſtris adsurgere et responſum ad defendendum  
me promitto afferre. Decimas uero praestationis uel exenia, ut  
colonis eſt conſuetudo, annua inlati[o]ne me promitto persoluere.  
Quod ſi immemor huius praecari[ae m]e[ae] tenorem de cuncta,  
quae ſupra promiſſi, uel modicum niſus fuero infrangere, iuratus  
dico per diuina numina et regnum gloriosiſſimi domini nostri ill.  
regi, quia libe[r]am habeas potestatem de ſupra dictas terras foris  
expellere et iure uestro ut debentur iter[um] applicare. In qua  
praecaria praesens praeſenti ſtipulatus ſum et ſpo[po]ndi, ſu[bt]er  
manu mea ſignum feci et testibus a me rogitis pro firmitate tra-  
didi roborandam. Factum...

[saec. VII in.]

CARTULA PRECARI.

— M. BN. *ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.*  
— *Ed. ZF y MW*, núm. 37.

In Xpo fratri ill. ill. Certum est enim nos in loco iuris uestri, cui uocabulum est illud, in territorio illo sito precario iure terras pro excolendum ad modios tot a uobis pro nostro compendio expetisse. Quod et fraternitas uestra petitionibus nostris annuere elegit. Et ideo spondeo m[e] ut annis si[n]gulis secundum priscam consuetudinem de fruges aridas et liquidas atque uniuersa animalia uel pomaria seu in omni re, quod in eodem loco augmentauerimus, decimas uobis annis singulis persoluere. Quod si minime fecero et huius praecariae meae textum abscessero, iuratus dico...

[saec. VII in.]

CARTULA CAUTIONIS.

— M. BN. *ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.*  
— *Ed. ZF y MW*, núm. 38.

Domino et fratri ill. ill. Profiteor me per hanc cautionem meam cabere et cabeo tibi, domine et frater ill., propter auri solidi numerus tot, quos pro necessitate mea imperante tibi Domino praestare iusisti. Quos solidos, si Deo dictum placuerit, tibi ad diem Calendas ill. istius anni proximi futuras cum gratiarum actione me spondeo esse redditurum, et in beneficio solidorum ipsorum daturum me ti[b]i spondeo hoc et illud. Quod si minime fecero et diem huius meae cautionis excessero, iuratus dico per hoc et illud quia liceat tibi cautionem mea[m] cui tu ip[se u]olueris trad[ere et ad]ibito mihi executore supra [dicta] p[ec]unia una cum beneficio suo dupplicata cogar [ex]oluere. In qua cautione praesens praesentibus stipulatus sum et spopondi...

93 a

603, VIII

[CARTAGENA?]

CARTULA LITIS

- MILÁN, B. Ambrosiana, C. 238, s. X.  
— Ed. E. II, pp. 410-12.

Quia igitur Stephanus episcopus in odio suo quaedam facta et de falsis se capitulis accusatum neque aliquid ordinabiliter factum, sed iniuste se asserit condempnatum, diligenter querendum est primo, si iudicium ordinabiliter est habitum aut si alii accusatores, alii testes fuerunt; deinde causarum qualitas, si digna exilio vel depositione fuit; aut si eo praesente sub iureiurando contra eum testimonium dictum est seu scriptis actum est vel ipse licentiam respondendi et defendendi se habuit. Sed et de personis accusantium ac testificantium subtiliter quaerendum est, cuius conditionis cuiusve opinionis aut ne inopes sint aut ne forte aliquas contra praedictum episcopum inimicitias habuissent, et utrum testimonium ex auditu dixerunt aut certe specialiter se scire testati sunt vel si scriptis iudicatum est et partibus praesentibus sententia recitata est.

Quod si forte haec sollempniter acta non sunt neque causa probata est, quae exilio vel depositione digna sit, in ecclesia sua nodis omnibus revocetur; hi vero qui eum contra Dei timorem et statuta canonum condemnaverunt excommunicationi in monasterium ad agendam penitentiam in sex mensibus sunt mittendi, ita sane ut, si cuiquam eorum mortis contigerit inminere discrimin, viatici ei benedictio non negetur. Ipse autem, qui eo vivente locum eius temerarie ambiit, privatus sacerdotio ab omni ministerio ecclesiastico repellatur, atque eidem dilectissimo fratri et coepiscopo nostro tradatur, ut eum aut ipse ad nos transmittit aut apud se in custodia habeat. Episcopi vero qui eum ordinare praesumpserunt vel perversae ordinationi ipsius praebuere consensum, idem communione privati in sex mensibus ad agendam penitentiam in monasterio deputentur. Si autem episcopi in praeiuditio condemnationis vel depositionis memorati Stephani se metu iudicis consensisse ac talia fecisse sua sponte professi fuerint, tempus eis abbreviandum est et modus paenitentiae temperandus. Si igitur is qui praedicti Stephani locum invasit fortasse defunctus est atque alias in ecclesia eius est episcopus ordinatus, illud de eo statuendum est, quod

superius de causa fratris et coepiscopi nostri Januarii diximus. Quod si forte aliqua de obiectis contra memoratum Stephanum episcopum probata sunt, aliqua vero doceri minime potuerunt, cauta omnino consideratione pensandum est, utrum leviora capitula an certe graviora probata sint, ut ex eis, qualiter definitionem tuam formare debeas, possis scire.

Gloriosus vero Comitiolus, si suprascriptus episcopus innocens esse claruerit, quicquid de rebus eius vel ecclesiae ipsius tulit, ei sine aliqua dilatione restituat. Sed et quaeque se is persecutionem ac violentiam eius expendisse vel damnum isdem episcopus pertulisse iuraverit, item memoratus gloriosus reddat ac satisfaciat. Si autem culpam antedictum episcopum, quod absit, commisisse constiterit, ut constet eum non inrationabiliter esse depositum, eademque eius depositio confirmetur, ecclesiae res suae omnes quae ablatae claruerint restituantur, quia delictum personae in damnum non est ecclesiae convertendum. Si enim, ut dicitur, Comitiolus defunctus est, ab herede eius quae ab illo iniuste tulta sunt sine excusatione reddantur.

**93 b**

603, VIII

[CARTAGENA?]

**SENTENTIA EPISCOPORUM.**

— MILÁN, B. Ambrosiana, C. 238, s. X.  
— Ed. E. II, pp. 413-4.

In nomine Domini. Imperatore, inductione et die. Cui officium cognitoris iniungitur, ita se pura atque intemerata conscientia debet in omnibus exhibere, ut ex his quae aliis iudicat ipse ultionem aeterni examinis non incurrat.

Dum igitur ex deputatione sanctissimi et beatissimi atque apostolici domni mei papae Gregorii ego Iohannes defensor inter Ianuarium episcopum civitatis Malacitanæ atque item illum et illum episcopos cognitor resedissem, necesse habui causam praediti Ianuarii interna inquisitione discutere et a partibus subtiliter quarere veritatem, an, sicut petitio eius continet, transmissis clericis a memoratis episcopis una cum hominibus gloriosi Comitioli de ecclesia fuerit violenter abstractus. Qui dum multa contra se invicem, sicut gesta testantur, obicerent, ad conclusionem in re

adque partes aliquando terminum pervenerunt petentes me debere de agnitis iudicare. Unde sollicite quae acta sunt relegens et veritatem diligenti investigatione perquirens nullam in antedicto Ianuario culpam, quae exilio vel depositione puniri digna esset, sed magis electum illum de ecclesia violenter inveni. Et quamquam huiusmodi temeritatem legum censura districtissime feriat, ego tamen legum vigorem sacerdotali moderatione temperans mediis sacrosanctis evangeliis, quibus praesentibus ab initio in hoc cognitor resedi iuditio, ea quae contra eum statuta sunt, licet iure non teneant nec alicuius momenti sint, infirma tamen et iniusta esse pronuntio atque memoratos illum et illum episcopos, qui postposita sacerdotali consideratione in fratris sui praeiudicium atque damnationem iniuste et contra Dei timoren versati sunt, comdemnans in monasterio recipiendos ad agendam temporis paenitentiam statuo atque decerno. Illum vero, qui locum antedicti sanctissimi Ianuarii contra sacrorum canonum statuta nequiter praesumpsit invadere, item comdemnans privari sacerdotio et ab omni ecclesiastico ordine removeri statuo, ut et hoc quod male est adeptus amittat nec ad officium, quod ante indignus gesserat, revertatur. Saepe dictum autem sanctissimum Ianuarium episcopum absolutum loco suo in episcopatus gradu Deo auctore reverti ac modis omnibus reformati constituo.

**93 c**

603, VIII

[CARTAGENA?]

**EXEMPLUM LEGIS**

— MILÁN, B. Ambrosiana, C. 238, s. X.

— Ed. E, II, 416-8.

De persona episcopi Stephani hoc attendendum est, quia nec invitus ad iudicium trahi nec ab episcopis alieni concilii debuit iudicari, sicut praedicta Novellarum constitutio, quae de episcopis loquitur [Nov. 123 c. 8], continet...

Contra hoc si dictum fuerit, quia nec metropolitam habuit hec patriarcham, dicendum est, quia a sede apostolica, quae omnium ecclesiarum caput est, causa audienda ac fuerat dirimenda sicut et praedictus episcopus petuisse dinoscitur qui episcopos alieni concilii habuit omnino suspectos...

Illud autem quod dicitur a servis suis accusatus, quia audiri minime deberunt, haec constitutio patefacit Codicis, libro nono titulo primo constitutione XX...

Si vero dictum fuerit, quia de hoc accusatus est quod ad maiestatis crimen attendit, nec ipsum de eo credendum fuit, si vita vel opinio eius talis ante non extitit, sicut legitur libro XLVIII titulo ad legem Iuliam maiestatis, digesto septimo [*Dig.* 48, 4, 7, 3]...

Quod autem dicit isdem episcopus, quia se absente aliqui vilissimi sunt testes exhibiti, hoc si verum est, nullius esse momenti lege nascendum est, constitutione Novellae, quae de testibus loquitur, capitulo XVI [*Nov.* 70, c. 9]... Ecce admonendus est semper adversarius, ut ad audiendos testes adveniat. Quod quia hic omisum est, necesse est, ut, quod contra leges actum est, firmitatem non habeat. Quales testes autem vel cuius opinionis ad testimonium admitendi sunt, plurimae leges ostendunt, quae paene nulli habentur incognitae; quae etiam et illud sanciunt, ut vilissimis testibus sine corporali discussione credi non debeat.

**94**

607

NATIVOLA

**CONSECRATIO ECCLESIAE.**

- M. RAH. *ms.* 5953, *pág.* 102. *Cop.* s. XVIII.  
— *Ed.* VI, núm. 303.

In nomine Dei nostri Jesu Christi. Consecrata est ecclesia sancti Stephani primi martyris in locum Nativola, a sancto Paulo Accitano pontifice, die...anno... domini nostri gloriosi Witerici regis, era DC.XLV.

**95**

[610, 23 OCTUBRE]

[TOLEDO]

**EDICTUM GUNDEMARI REGIS.**

- EL ESCORIAL, *ms.* D. I. 2, *fol.* 193 d — 202 b. *Cop.* de 976.  
— *Ed.* VC, pp. 403-6.

Flavius Gundemarus rex venerabilibus patribus nostris Carthaginensibus sacerdotibus.

Licet regni nostri cura(...).

Sane per hoc auctoritatis nostrae edictum amodo et vivendi damus tenorem et religionis vel innocentiae legem, ne(...).

(...)

Flavius Gundemarus rex huius edicti constitutionem pro confirmatione honoris sanctas ecclesiae Toletanae propria manu subscripsi.

(*Suscripciones, entre otras de Isidoro, obispo de Sevilla*) dum in urbem Toletanam pro occursu regio evenissem, agnitis his constitutionibus adsensum praebui atque subscripsi.

**96**

610, 23 OCTUBRE

TOLEDO

**CONSTITUTIO SACERDOTUM.**

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 193 d — 202 b. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, pp. 407-9.*

In nomine Domini nostri Jesu Christi.

Constitutio Carthaginem sacerdotum in Toletana urbe apud sanctissimum ecclesiae eiusdem antistitem.

(...)placuit(...).

(...)decrevimus(...).

(...)elegimus(...).

Sane quiquamque ex nobis vel successoribus nostris haec statuta trascenderit, anathema sit domino nostro Jesu Christo atque a culmine sacerdotali deiectus perpetuae excommunicationis sententia praedamnetur.

Facta constitutio sacerdotum in urbem Toletanam sub die decimo kalendarum novembrium anno regni primo piissimi atque gloriosissimi Gundemari regis, era DC.XL.VIII.

Protogenes sanctae ecclesiae Segontiensis episcopus hanc decreti nostri professionem pro firmitate subscripsi.

(...)

[612, 1 FEBRERO-1 JULIO]

EDICTUM SISEBUTI REGIS.

- VATICANO, ms. Reg. 1024. *Cop.* s. VIII.  
— *Ed.* ZLV, pp. 418-420.

Flavius Sisebutus rex.

Sanctissimis ac beatissimis Agapio, Cicilio, item Agapio episcopis sive iudicibus ibidem institutis, similiter et reliquis sacerdotibus vel iudicibus in territoria Barbi, Aurgi, Sturgi, Iliturgi, Viatia, Tuia, Tutugi, Egabro et Epargo consistentibus.

Dum late constitutionis auctoritas a domino et praedecessore nostro Reccaredo rege sufficere poterat, ut mancipia christiana nullatenus in Aebreorum iure manerent obnoxia, si in postmodum contra iustitie instituta eorum pravitas subripiendo principum animos aliqua sibi iniusta non poposcissent beneficia.

Proinde, quia Deo adjuvante legem fieri decrevimus et fraudibus eorum per diversa capitula obstitimus, ideo pro id, quod retro tempore fuerat vitiatum, iuxte edictum antedicti principis decernimus: ut(...).

(*Disposiciones sobre judíos; falta escatocolo y la data relacionable con un plazo citado «usque ad kalendas julias» atribuible al año 612 por la relación entre esta ley y la XII.2.14*).

[612, ABRIL]

LEX SISEBUTI REGIS.

- VATICANO, ms. Reg. 1024. *Cop.* s. VIII.  
— *Ed.* ZLV, pp. 420-3.

Flavius Sisebutus rex. Universis populis ad regni nostri provincias pertinentibus.

Salutifera remedia nobis gentique nostre conquerimus, cum fidei nostre coniunctos de infidorum manibus clementer eripimus. In hoc enim ortodoxa gloriatur fidei regula, cum nullam in christianis habuerit potestatem Ebreorum execranda perfidia. Abominanda

sunt ergo in christianis funesta Iudeorum imperia, et reducenda est sub amore catholico plebs Deo sacrata in gratia.

Ob hoc hac in perpetuum valitura lege sancimus atque omni cum palatino officio futuris temporibus instituentes decernimus:

(*Dispositivo en que se cita término «a quo» el año 1.º de Sisebuto iniciado en febrero-marzo de 612, y «ad quem» las primeras calendas de julio).*

Hoc vero edictum infra diem kalendarum proxime succedentium juliarum implere cunctos per nostras a Deo conlatas regiones modis omnibus premonemus.

Hanc vero legem quam pietatis et religionis amore concepimus pro nostro populique nostri remedio, in perpetuum suffragante auctore Domino valitaram esse censemus.

Successores quoque nostros legis hujus instituta servantes victrix Christi victores faciat dextera, et eius solium in veritate corroboret, cuius in hoc fidem inspexerit divina clementia.

Et licet huius legis prolatam sententiam a nemine temerari posse credamus, audacia tamen transgressoris et non venerabiliter conservantis sit in hoc seculo ignominiosior cunctis hominibus, et vita illius eodem in tempore concidat, quo sinistre partis adsensum in tam nefaria voluntate perduxerit detestanda temeritas, tantumque obnoxius in eternum peccatorum mole delineatur, in quantum transgressus fuerit legis huius salubre decretum. Futuri etiam examinis terribile cum patuerit tempus, et metuendus adventus Domini fuerit reservatus, discretus a Christi grege perspicuo, ad levam cum Hebreis exuratur flammis atrocibus, comitante sibi diabulo, ut ultrix in transgressoribus eterna pena deserviat et locuplex remuneratio christianis faventibus hic et in eternum copiosa proveniat.

99

614, 13 ENERO

TARRASA

CONSTITUTIONES SYNODI EGARENSIS.

— EL ESCORIAL, ms. D. I. 1, fol. 226 b — 226 c. Cop. de 992.

— Ed. VC, p. 162.

In nomine Jesu Christi.

Sub die iduum ianuarium, anno feliciter tertio regni gloriosissimi domini nostri Sisebuti regis, convenientes in unum episcopi

provinciae Tarragonensis in locum Egara, id sancta instituit syndicus:

Ut constitutio quae dudum in anno tertio decimo regni divae memoriae Reccaredi regis concilio Oscensi constituta quidem sed minime conscripta fuit, confirmata et in perpetuum valitura perduret.

Et omne quidquid ex(...)conscriptum fuit, eadem forma(...) scrutetur.

Eusebius subscrispsi(...).

(...)

Fructuosus in Christi nomine diaconus agens vicem domini mei Gomarelli episcopi subscrispi.

**100**

614, 9 FEBRERO

GRANÁTULA

EPITAPHIUS AMATORIS SACERDOTIS.

- GRANATULA, iglesia, *or.* tapa sepulcral, 660 × 300 cm.  
— IHCS, núm. 400.

Celesti regi sacerdos occurrit Amator, etatis sue XLIII, die V idus februarias, era DC.L.II, anno feliciter II Sisibuti regis. Vixit in episcopatu anno I et mensibus X. Recessit in pace, amen.

**101**

[615, FEBRERO - 616, FEBRERO]

LIBELLUS DOTALIS «MORGINGEBA».

- M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90 *Cop.* s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 20.

Insigni merito et Geticae de stirpe senatus  
illius sponsae nimis dilectae ille.

Praemia nubentum ratio praescribere cartis  
prouocat et magnis laudem praeferre puellis,  
optima quantum cete sinit doctrina pudoris

aut amor exigit et placidus in corde reponit.  
Est datus antiqui facilis hic corde par[ent]is,  
temporibus quem cuncti haberent *pro lege futuris*:  
cum dudum caelsi dominus et rector Olimpi  
formaret immensa hominem piet[a]te priorem,  
*pro[t]inus auxilium latere de sacra uirili*  
*dextera femineum telluris fecit in orbem.*  
Maxima crescendo transcurrit temporis etas.  
Dilubio labaret quum cunctum crimina mundum,  
Noe salbare uoluit cum prole beatum,  
qui potuit reparare genus ex coniuge priscum.  
Innumer[a] creuit ho[m]inum post inde caterba,  
oppida qui inhabitant, uicos et [m]oenia cuncta.  
Abraham quippe Deum cupiens cum. Sarra supernum  
cernere promeruit seque offerendo ministrum,  
cuius Isaac dispensandi de semine uoto  
exortus geminam genuitque ex coniuge plebem.  
Iacob bis septenos famulauit in annos,  
ut Rachel acciperet pulcherrima corpora pacte;  
idem [uir] semper summo uenerandus honore  
gentibus indixit grata[e] conubia cunctis.

Praeteritis muniti patribus uestigia nostra  
insequimur laeti thalamos et foedera uestra;  
quaerimus aethereis cerbices subdere iussis,  
dispares ut sexus membrum efficiamur in unum.  
Eximior cum sit de toto gratia munus  
et magnos non aurum animos, sed uota decorent,  
praecedant nostris titulis et praemia portent  
qua superant omne praetiosum dona metallum.  
Pascimur ecce tui tantum dulcedine amoris,  
ut, si immensa tuae contradam munera formae,  
nihil nobis melius quam uestri gratia uultus.  
Nullis enim quisquam rebus efficitur exul  
uel aliquod dando remanet in coniuge pauper,  
si coniux proprium diligat seruare maritum.  
Unde praecare meis studui per carmina uerbis  
ut, quia nostrorum placuit haec causa parenti,  
laeta, peto, teneas in uotis pectora nostris,  
quod tua dulcedo possit, quod grata uoluntas,  
quod amor egregius, quod [dona] nostra meretur.  
Optima namque tibi dona sum offerre paratus  
et dare quod retinet praesentis forma libelli:

Ecce decem in primis pueros totidemque puellas tradimus atque decem u[i]rorum corpora equorum; pari mulos numero damus inter caetera et arma, ordinis ut Getici est et Moringeba uetusti.

Rusticos impendam famulos per nostra manentes rura tibi, terris, uineis et praedia oliuis omnibus in rebus siluis ac pascua lymphis; immobiles res se[u] mobiles, tam omne pecusque, argentum, aes, byssum, uas fictile et aurum; quicquid intra uel extra nunc corpore cuncto nos in iure [constat] titulis ex multis habere amplius aut Xpi dederit quod gratia nobis ordine diuerso per nostr[ae] tempora uitiae, te dominam in mediis cunctisque per omnia rebus constituo donoque tibi uel confero, uirgo.

Singula quippe supra uultu conscripta iucundo adpraehendas, habeas, teneas, post multa relinquas secula posteris in iure, charissima, nostris; aut inde facere uestra quodcumque uoluntas elegerit, directa tibi est uel certa potestas.

[Ae]ternum tamen ut habeat haec carta uigorem, ecce sacramentum malui conectere magnum: siderea per celsa Dei uirtute tonantis principis ac domini Sisebuti gloria nostri, meque meum numquam hunc penitus disrumpere factum, nec n[o]stris aditum manebit haeredibus ullum.

Dehinc q[u]i possit minimam contingere partem nisu[m] aut exteterit nostra conuellere dona, bis auri mille uestrae numis[ma]ta parti inferat et huius ualeat conscriptio cartae.

Cui omne scripturae malum de mente dolorem expoli et anti[s]qu[os] t[en]ui pro [ro]b[o]re mores, Omnia promittens spondi inpoluta manere, unde meum subter libens nomenque notaui et testes sperauit alios subscribere dignos.

Post certe Aquiliam memini contexere legem, qui cunctos rerum iugiter corroborat actos.

Carta manet mensis illius conscripta calendis ter nostri uoluto domi[ni] foeliciter anno glorisi merito Sisebuti tempore regis.

Ecce manu propria tribui qua dona illi subscripti ut longa maneat ac firma per aevo.

102

[603-615 ?]

[TOLEDO ?]

DECRETUM AURASII EPISCOPI.

— TOLEDO, BC. 27-24. *Cop. s. XVI.*  
— *Ed. CD, CLV (1943), pp. 160-1.*

Aurasius episcopus, Froiani.

Cognosce te, propter quod ecclesiam Dei non solum verberasti, sed etiam impugnando coram nos humiliasti et synagogam erexisti et nobis irreverentiam pro nomine redemptoris nostri Jesus Christi Dei vivi ac veri Dei nostri nulla ratione tribuisti, et praesentibus senioribus, cuncto palatio, catholico populo, vel caetu hebraeorum, nos despectui tradidisti, ingrediente flatu alienae vertiginis dogmae cavernias aurum tuarum ea concava lumen festuca trabesque peccati opus fervuisti abs te, illi principali virtutibus desserente neutricus derelinquens, fidei catholicae sanctae obvius existens, adquiescens vocem persuasoris inmundi spiritus ut quod Deus de faucis grassatori diaboli, lavacro regenerationis suae per nos ad gloriam iussit seva ne seva nequitiae insaniae fustibus vulneratos dereliquisti.

Pro qua re in hanc tantummodo cognosce te nostra vel servorum Dei in ecclesia Dei praedicationi esse excommunicatum et anathematum et ideo anatemathizat eos Pater et Filius et Spiritus Sanctus et sancta ecclesia catholica quae est in sancto Petro fundata, ut sit anathema hominibus tam angelorum quam archangelorum, verum etiam et omni militiae caelesti, ipso praestante Domino nostro Jesu Christo, qui est benedictus in secula seculorum, amen.

103

618, 1 MAYO

[BRAGA]

EPITAPHIUS REMISMUERAE.

— BRAGA. Iglesia San Vicente, sacristía, granito *or. 41 × 140 cm.*  
— *Ed. VI, núm. 183.*

† Hic requiescit Remismuera in kalendas maias, era DC quinque VI, die secunda feria, in pace, amen.

630, 30 NOVIEMBRE

SEVILLA

SENTENTIAE SYNODI II HISPALENSIS.

- EL ESCORIAL, ms. D. I. 2, fol. 221 a — 227 a. Cop. de 976.  
— Ed. VC, pp. 163-185.

*Synodus secunda habita in civitate Spalis sub die iduum novembrium anno nono regnante gloriosissimo principe Sisebuto, era DC. L. VIII.*

In nomine Domini et salvatoris nostri Iesu Christi. Isidorus, Bisinnus, Rufinus, Fulgentius, Cambra, Fidentius, Teudulfus et Honorius episcopi qui pariter in urbe Spalensi pro aliquibus ecclesiasticis negotiis coadunati sumus, consendentibus igitur nobis in secretario sacrosanctae Jesuralem Spalensis ecclesiae cum inlustribus viris Sisisculo rectore rerum publicarum atque Suanilane rectore rerum fiscalium, stantes religiosissimo clericorum coetu, prima actione... (*enumeración de causas a enjuiciar*).

(*Presentación de una «precatio» del obispo de Málaga*).

(...)

His igitur concordi sententia in tribus secretariis definitis pro confirmatione sui propria subscriptionis subiecimus.

Isidorus in Christi nomine ecclesiae Spalensis episcopus subscripsi.

(*Suscripciones de tres obispos godos y cuatro hispanoromanos*).

[circa 633]

CARTULA EMANCIPATIONIS.

- M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 34.

Dulcissimo filio meo ill. ill. [Pri]sca consuetudo et legum de-creta sanxerunt ut patres filios in potestate habentes tempore, quo

perfectos in eos esse praespexerint annos, postula[ta] a patribus  
absolutione percipient, quod tamen patres ipsi si uoluerint con-  
cedant. Vnde ambiguum non est quod obedientiae uestrae sagacitas  
[in]ostrum comp[e]lllet animum ut te a nostro dominio corpore  
relaxare debeamus. Vnde paternae potestatis intuitu decernimus  
ad instar personae nostrae tuum gaudeas peruenisse statum. Obla-  
tos autem a te quinque nummus distractionis atque mancipationis  
causa me suscepisse agnosco et melioratum autem te gaudeo. Vnde  
quicquid te malui, uolui, contuli et habere decreui, totu[m] tibi  
per hanc mancipationis meae cartulam confirmo, hanc roboro et  
concedo per Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, qui est Trini-  
tas inseparabilis et una maiestas, per reg[n]um gloriosissimi do-  
mini nostri ill. regi g[e]ntique suae salutem uel omnium sacerdotum  
coronas...

106

633, 5 DICIEMBRE

TOLEDO

CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI IV.

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 151 d — 161 c. Cop.* de 976.  
— *Ed. VC*, pp. 186-225.

Incipit synodus Toletana IV. Gesta synodalia in Toletanam urbem apud concilium LXVI episcoporum Spaniae et Galliae provincias edita, anno tertio regnante domno nostro gloriosissimo principe Sisenando, die nona decembres, era DC. LXX.I.

Dum studio amoris Christi ac diligentia religiosissimi Sisenandi regis Spaniae atque Galliae sacerdotes apud Toletanam urbem in nomine Domini convenissemus, ut eius imperiis atque iussis communis a nobis agitaretur de quibusdam ecclesiae disciplinis tractatus...

(*Acción de gracias, apertura real del concilio en la basílica de Santa Leocadia: 75 capítulos eclesiásticos y regulación de la sucesión al trono, legitimando la usurpación de Sisenando*).

Definitis itaque his quae superius comprehensa sunt, annuente religiosissimo principe, placuit deinde nulla re impediente a quolibet nostrum ea quae constituta sunt temerari, sed cuncta salubri consilio conservare.

Quae quia profectibus ecclesiae et animae nostrae convenient,

etiam propriam subscriptione ut permaneant roboramus. Et subscripserunt omnes.

Ego Isidorus in Christi nomine ecclesiae Spalensis metropolitanus episcopus haec statuta subscripsi.

(*Siguen suscripciones, de ellas 18 de godos*).

**107**

636 [JUNIO]

TOLEDO

CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI, V.

— EL ESCORIAL, ms. D. I. 2., fol. 161 c — 163 a. Cop. de 976.

— Ed. VC, pp. 226-231.

Concilium Toletanum quintum, xxiiii episcoporum, habitum era DC. LX. IIII, anno primo domini Chintilani regis.

*Incipit prologus.* Apud urbem Toletanam diversis ex provinciis Spaniae sacerdotes Domini in uno pacis collegio in basilica sanctae martyris Leocadiae qui consedimus, gratiarum actiones omnipotenti Deo persolvimus (...) cuius nutu in hanc convenimus concordiam, et gloriosi principis nostri Chintilani regis initia, ob cuius salutis et felicitatis constatiam supernam imploramus clementiam, qui medio nostri coetus ingressus cum optimatibus et senioribus palatii sui supplex se omnium orationibus commendavit, suosque fideles ita facere sancta exortatione coegit, atque hanc institutionem, quam ex precepto eius et decreto nostro sancimus, divina inspiratione praemisit.

Scilicet, ut... (*nueve capítulos*). Providendum est ut (...) haec nostri concilii communiter considerata defertur sententia, ut(...) datur sententia ut(...) statuit synodus, ut(...).

His vero omnibus finem et roborem subscriptione nostra facientes gloriam et laudem omnipotenti Domino(...)reddimus. Post haec gratias excellentissimo et glorioso principi nostro Chintilano regi eragimus cuius ardor fidei(...)donet ei Dominus de inimicis et beatitudine gaudium; custodiat cum protectione assidua et muniatur bona voluntatis suae circumspectione tutissima, cuius regnum manet in secula seculorum amen.

Ego Eugenius Toletane ecclesiae provinciae Carthaginis metropolitanus episcopus his communibus decretis annuens subscripsi.

(*Suscripciones de 10 obispos godos y 12 hispanos*).

636, 30 JUNIO

TOLEDO

PRAECEPTUM QUINTILAE REGIS.

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 161 c — 163 a. Cop.* de 976.  
— *Ed.* VC, pp. 231-2.

In nomine Domini, Flavius Chintila rex. Quum boni principis cura omni nitatur vigilantia providere patriae gentisque suae comoda, tunc potissimum non existit infructuosa si etiam sua industria placatur divina clementia.

Ideoque nostrae mansuetudinis collectis in urbem Toletanam ex provinciis diversis episcopis adhortationis extitit instantia, ut tempore congruo haec religionis per eorum sententiam institueretur observantia, ut a die iduum decembrium secundum quod eorum decrevit sanctitas, letaniae per omnes regni nostri provincias omni debeant celebrari devotionis cura.

Quodcirca tam sacratissimae electioni et omni desiderio amplectendae regali auctoritate faventes et quaecumque in eadem synodo definita sunt confirmantes decernimus: ut in triduo conscripto iuxta quod reverentissimorum virorum continet decretum ab omni anima christiana caelorum Domino humilitatis satisfactio dependatur et pro facinoribus atque flagitiis, quibus quotidie crassante diabolo interimur, lacrymisieiuniisque digna obsequia rependamus.

Verum tamen ut certius vobis praefatorum patrum sententia innotescat, eam subter connecti praecipimus: oraculis autem nostris sancimus, ut hii quorum in quibuslibet rebus patriae nostrae invigilat cura, id est, tam optimatum quam comitum, iuditium etiam ceterorumque ordinum praecipua sollicitudo existat, ut his diebus ab omni omnino inquietudine vel qualibet negotiorum actione hominis conditio, aestas et sexus debeat vaccare, ut, otio sancto mancipati, potiores erga Deum reddi possint caelestem implorando misericordiam consequi.

Ergo ut omnes hoc paecepto nostro praemoneantur sacerdotum industriae deligamus.

Datum sub die pridie kalendas iulias anno feliciter primo regni nostri Toleto.

637, DICIEMBRE

TOLEDO

PROFFESIO FIDEI JUDEORUM TOLETI.

— LEÓN, A. C. *ms.* 22, f. 48', s. IX.  
— *Ed.* U, p. 570.

Incipit confessio vel professio judeorum civitatis Toleti. In nomine domini nostri Jesu Christi. Sacratissimo concilio universali, quod anno presenti in ecclesia sancte Leocadie martyris in pretorio Toletano convenit, atque glorioso et piissimo domno nostro Chintilani regi, omnes exhebrei Toletane civitatis.

Quoniam manifesta prevaricatio et omnibus nota perfidia nostra patuit, atque ipsi nunc vestra adhortatione praemoniti ad viam salutis spontanee elegimus reverti, ideoque neccesse est ut primum fidem nostram purissime confiteri, et dehinc huius sancte professonis transgressoribus dignam meriti poenam a nobis constitui.

Quapropter nos omnes exhebrei, qui in sancta synodo Toletana in ecclesia sante martyris Leocadiae a Christi unissimo domno nostro ob amorem religionis advocati sumus, quique etiam infra subscripturi vel signa sanctae crucis facturi sumus.

Credimus in unum Deum... (*credo completo*).

Sed et in periculo nostro promittimus omne genus pennarum nobis debere inferre sive etiam sententias legum suspicere ex rerum amissionis multari, si quemquam prevaricatorum scienter qualibet calliditate celaverimus, et non statim regiae potestati vel sacerdotibus aut iudicibus publicis publicaverimus.

Unde iurantes dicimus per Patrem... salutemque et victorias se renissime principis domini nostri Chintilani regis, nos omnia quae in hac proffessione nostra videntur inserta omnismodis conservare et in omnibus vitae nostrae temporibus custodire.

Quod si quidquam adversus hanc promissionem calliditatis aut argumentationis inferre vel affectare, molirique fuerimus deprehensi, ut iam diximus, tunc omne periculum subeat qui suae promissionis oblitus, per colludium perfidiae, fidem quam suscepit inmaculatae religionis Christi, hanc visus fuerit impugnare.

Factum placitum promissionis vel proffessionis nostrae in pretorio Toletano, in basilica sancte Leocadiae martyris, sub die kalendas decembris, anno feliciter secundo regni gloriosi domni nostri Chintilani regis, era DC.LXX.V.

638, 9 ENERO

TOLEDO

CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI VI.

- EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 163 a — 167 a. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, pp. 233-248.*

*Concilium Toletanum VI, XLVIII episcoporum universale habi-  
tum. In nomine Domini nostri Jesu Christi, feliciter.*

Convenientibus nobis Spaniarum Galliarumque pontificibus  
summi ortodoxi et gloriosissimi Chintilani regis salutaribus horta-  
mentis, atque in praetorio Toletano in ecclesiam sanctae Leocadiae  
martyris debitum sedibus collocatis, sub die quinto idus januarias,  
anno praeferati principis et triumphatoris in Christo secundo, era  
sexcentessima septuagessima sexta, hoc decretum fidei prius san-  
cimus.

(...)placuit etiam nostri assensione firmari: proinde universali  
auctoritate censemus concilii, ut(...).

(...)sancimus ut(...).

(*Tras el cánón cuarto suscriben 52 obispos.*)

(...)huius rei causa sancta syndous decernit, ut(...).

De gratiarum actionibus in confirmatione concilii Deo et prin-  
cipi datis. His omnibus rite dispositis et diuturna conlatione deli-  
beratis, benedictionem, gloriam et honorem invisibili omnium  
auctori rependimus luminum Patri et in his conservandis eius im-  
ploramus opem sufragii, ut constitutionibus nostris honorem tri-  
buat sua vicem, ut non iudicet prevaricatricem.

Nos igitur omnia supra scripta, salva auctoritate priscorum ca-  
nonum, subscriptione nostra firmamus et gratias agimus christia-  
nissimo et gloriosissimo Chintilani regi principi nostro... Felix ipse  
in longa felicitate fruatur et divinae dexteræ protectione ubique  
muniatur.

Ego Sclua ecclesiae Narbonensis episcopus subscripsi.

(*Suscripciones de 4 metropolitanos, 20 obispos godos o sus re-  
presentantes, y los demás hispanorromanos.*)

638, 9 ENERO

TOLEDO

DECRETUM IUDICII INTER EPISCOPOS.

— LEÓN, BC. ms. 22. Cop. s. IX.  
— Ed. CD, V (1871), p. 365.

*Exemplar iudicii inter Martianum et Habentium episcopos [Astigitanos]. Era DC.LXXVI in concilio sexto Toletano.*

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Schua, Julianus, Eugenius, Honoratus, Protasius, metropolitani episcopi et caeteri consacerdotes eorum atque reliqui presbyteri vicarii episcoporum.

Saepe improbitatibus malorum quatitur vita innocentium et interserit se sub colore iustitiae iniquitas fallaciae, cum diabolicis insidiis infligitur macula in ecclesiis, quoniam semper aemula virtutibus invidia illum vulnerat mendacio criminis, quem nequit perimetere opere actionis.

Hinc est enim quod dudum in concilio Spalensi Martianus (...) (*exposición de los hechos*)... prolata sunt exemplaria, quae recognita ab his omnibus adfirmarentur esse vera, et quamquam maxima pars iudicum vitae praesenti iam habuerit excessum ii tamen qui superstiterunt, pari consensu nobiscum et unanimitatis consilio cum successoribus decedentium elegerunt, hoc idem in testibus retractare iudicium:

(...)

(*Un acusador*) poposcit ab Habentio episcopo scripturas diversarum confectas obligationum (...).

Diaconus ipse relegit dicens: 'Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci possumus'.

(...) Insuper adstiterunt testes Scirila et Gundulfus, qui sub iuramento testificati sunt ipsum Ricisvindum non fuisse aetatis legitime ad testificandum, eo quod non habebat quartum decimum annum, et e duobus testibus Dormitio cum remanserit solus, inlicitum fuit soli credere (...).

(...) addentes ibi cum sacramento interpositione nec priori testimonio ita ut scriptum legebatur, testificasset; et quia litteras ignorabant rusticitate se deceptas dicebant (...).

(...) Tonantius prebyterum, Iohannem diaconum, Loailanem subdiaconum qui suo sacramento testificati sunt.

(...)

Tunc nos conversi ad ordinatores eius, quid de eo censerint, exquisivimus; ipsius autem unius subreptionem, et alterius innocentiam comprobantes, iudicii sui decreto elegerunt removere de sede Astigitanae ecclesiae Habentium episcopum, atque ac si sera restituere pontificem Martianum.

Quorum sententiae, tam divina pietas quam nostra congregationalis unanimitas, favorem exhibentes, quoniam —ut quidam patrum ait— numquam perduit in melius retorsisse sententiam; meliori eorum iudicio consona voce praebentes assensum, robur conferimus Deo confirmante perpetuis temporibus valitum. Porro de Habentio episcopo haec nostrae moderationis sententia humanitate concilii promulgatur.

(...) idcirco et Habentio et Martiano episcopis contra eos intercludimus additum appellationis. Quod si quisquam eorum contra eos vel hanc iudicii formulam, quam pro pace ecclesiae et scandali remotione volumus temperare (...) crediderit reclamandum, tum noverit se excomunione esse privatum, et honore deiectum (...).

Decretum iudicii in pretorio Toletano, in ecclesia sancte Leocadio martyris sub die quinto idus januarii, anno feliciter secundo regno glorioso domini nostri Chintilani regis, era DC. LXX. VI.

Ego Sclua etsi indignus ecclesiae Narbonensis episcopus, hoc decretum a nobis editum subscripsi.

(41 suscriptiones).

112

[636-640]

[ROMA]

INSCRIPTIO QUINTILAE REGIS.

— ROMA? Desaparecida. *Cop.* PALOMARES, s. XVIII, epístola a Terreros.  
— *Ed.* VI, núm. 389.

Discipulis cunctis Domini praelatus amore,  
dignus apostolico primus honore coli,  
sancte, tuis, Petre, meritis munere supplex  
Chintila rex offert, pande salutis opem.

**113**

645, 12 ENERO

TOLEDO

**LEX QUINDASVINTI REGIS.**

- VATICANO, *ms. Reg. 1024. Cop. s. VIII.*  
— *Ed. ZLV*, pp. 125-130.

Flavius Chindasvintus rex. Cum de dotibus diversa sepe inter  
nubentes oriatur intentio, plurimorum fit utilitati consultum, si  
evidens rei huius institutio nihil ultra relinquat ambiguum.

Decernimus igitur hac legis huius perpetim servatura sanctione  
censemus, ut:

(...)

Et sic sta constitutio dotalis tituli ad ultimam usque summam  
omni controversia sopita perveniet.

Data et confirmata lex pridie idus ianuarias, anno feliciter tertio  
regni nostri. In Dei nomine, Toleto.

**114**

646, 18 OCTUBRE

TOLEDO

**CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI VII.**

- EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 167 a — 169 d. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC*, pp. 249-59.

*Concilium Toletanum VII.* In nomine Domini et salvatoris nostri.  
Synodale decretum in Toletana urbe triginta episcoporum concilio  
gestum anno quinto clementissimo domino nostro Chindasvinto  
rege regnante, die xv kalendarum novembrium, era DC.LXXX.III.

Cum in sancte nomine Trinitatis pro quibusdam disciplinis  
ecclesiasticis tam nostra devotione quam studio serenissimi et ama-  
toris Christi Chindasvinti regis noster apud Toletanam urbem con-  
ventus addesse, competenter visim est mutua conlatione decernere  
quod sollicite conservatum et praesentibus et futuris commodis ni-  
mium ut confidimus prodesse constavit magis.

Ideoque placuit nunc concordi sententia definire, ut(...).

Nobis interim ratio possit synodalis super hanc constitutionem  
decernere ut(...).

Velut prevaricator catholicae fidei semper apud Dominum reus existat quicumque regum deinceps canonis huius censuram in quocumque crediderit vel promisserit violandam.

(...)

Si quis haec temerare praesumpserit excommunicationis sententiam sustinebit.

(...)

Nos autem inmortali Deo et glorioso Chindasvinto principi... gratias unanimiter referentes obtabili adnixu deposcimus, ut... memorato principi cum prosperitate presentis regni futuri etiam largiantur praemia gaudii, ipso praestante qui in Trinitate vivit et gloriatur in secula seculorum, amen.

Horontius in Christi nomine sanctae ecclesiae Emeritensis metropolitanus episcopus haec statuta definiens subscripsi.

(...)

**115**

646, 18 OCTUBRE

[TOLEDO]

**CARTULA DONATIONIS QUINDASVINTHI REGIS.**

— SAN PEDRO DE MONTES, *perg. or.* perdido.  
— *Ed. S., fol. 16'.*

Domnis sanctis gloriosissimis mihique post Deum fortissimis patronis sanctorum martyrum Iusti et Pastoris sive sancte Marie et sancti Martini episcopi, quorum basilica vel monasterium situm est iuxta rivulum quod dicitur Molina sub monte Irago, in confinio Vergidensi, et est fundamentum ipsum monasterium a tibi Fructuoso abbe, ego Chindasvintux rex et Reciverga regina.

Nihil Deo caelorum in cunctis terrenis atque celestibus creaturis deesse videtur, quod non creatum possideat, aut quod possesum gubernatione propria non disponat, et ideo si eius opificio condita et ordinata sunt universa; quid Deo dignum possumus offerre qui ab eo accepimus flatum vitae, et tamen quia ipse promittit placari se posse sacrificio humilitatis; spes ea quae de manu eius accepimus, gratissima devotione laetemur. Dominus noster Jesus Christus, qui est bona voluntate largitor, et ipsius bonae largitionis verus amator, ipse nobis traddidit in mandato, sectando acclesiastica iura veteris hominis viam facere, et ipsius nostri Redemptoris vestigia sequi, eiusque ex animo praeceptis obedientes existere, ostend-

dens talibus monitis, ut qui errantes improvide caeci dum fueramus in tenebris mortis, luce gratiae eius illuminet, ipso duce Domino et rectore vitae directum gradiamur iter, quam nobis suis salutaribus traddidit mandatis. Et quia observatio mandatorum eius, vitam adquirit aeternam, probat ipse qui dicit: 'Si vis venire ad vitam serva manda', et iterum 'Si feceritis quae mando vobis iam non dico vos servos sed amicos'. Servatores enim mandatorum ipse in sua fide fortissimos reddit, ipse stabiles efficit, ipse et sui timoris ab omni operis monimento facit locupletes: cuncta enim bona quae in suis fidelibus iussit inhaerere, de sui sancti timoris magnitudine fecit irritum sumere, sicut scriptum est: 'Principium sapientiae timor Domini', et iterum 'Timor Domini principium religiositatis'. De timore enim Domini nascitur sancti Spiritus fructus, quod est religionis omnino decus; unde per hujus timoris Domini largitatem, et pro vestrae venerationis honore, iuxta decreta catholicae et apostolicae disciplinae et iuxta sacrorum canonum institutionem, adhibito bonae deliberationis tractatu, cum cunctis in Christo pro sancto ordine instituimus decretus, quatenus locum ipsum venerabilem ecclesiae vestrae Domino aedificatum, per tuas beatae manus sanctissimae Fructuose abbas, regali prosapia exorte, ipsum locum supranominatum tuis satis magnis haereditatibus, nostra tamen regalis auctoritas non decet abesse.

Scimus enim ipsum monasterium supranominatum nomine Complutum, in honore sanctorum martyrum Iusti et Pastoris quorum nos confidimus patrocinio adiuvari: cantamus et concedimus atque donamus ad ipsum monasterium Complutum supranominatum et tibi sanctissime Fructuose abbas, in opus monachorum, anachoretarum, eremitarum et omnium ibidem Deo servientium, ipsos montes et valles ab integro per terminos ubi nascitur Fonsfridus, sub montes quos nuncupant Becerril, sicuti discurrit per ipsos valles, et sicut nascitur rivulus de Molina, de parte de foras usque ad terminum qui exiit ad strata de Irago per Robroretum de Equa, et quomodo discurrit ipsa strata usque in valle de Gonies et inde exiit per ipsos convalles in Tablatello; et de parte de Salas, per terminum quomodo discurrit rivulum Etrata usque ad karralem de Portello de Scalios, deinde quomodo concludit ipsa Karral quosque in Pietrafita, et quomodo vadit ipsa via per foveam de Paradiso usque ubi iterum nascitur Fonsfridus. Damus atque concedimus et confirmamus ipsos montes et ipsas valles ab integro per terminos supranominatos et quidquid intra concluditur. Offerimus vasa altaris, calicem argenteum et patenam, crucem argenteam similiter deauratam, vestimenta altaris omnia ad plenum sive frontalia sive

principalia, signum fusile aenum bonae modulationis demulcens auditum. Item in thesauro ecclesiae offerimus libros ecclesiasticos, id est: psalterium et dialogorum et passionum.

Si quis igitur deinceps et in subsequentibus huius mundi temporibus tam a pontificibus ecclesiae quam comes, iudex, princeps, abbas, monachus, presbyter, laycus vel cuiuslibet generis homo et ordinis quam etiam quibuslibet omnibus pro huius decreti nostri infringendo robore, aut in conculcando ordine quocumque conatu, vel ausu temerarie presumptionis invasor voluerit exsurgere aut de loco vel ecclesiae ipse vestrae gloriae monasticham traditionem aut regulae sanctae constitutionem voluerit evellere, et conaverit agere contra apostolico documentum et patrum precepto, quod in istum est institutum decretum, quicumque fuerit ille sit anathema in conspectu Dei Patris omnipotentis et sanctorum angelorum eius, sit condempnatus et perpetua ultiōne percussus in conspectu domini nostri Jesu Christi et sanctorum apostolorum eius, sit etiam in conspectu sancti Spiritus et martyrum eius repetita anathema maranatha, id est, dupli perditione dampnatus, et etiam de hoc seculo cum Dathan etiam Abiron, vivus terrae continuo absorbatur lacu, et tartareas poenas cum Iuda Christi proditore perenni proferat cruciatu, et insuper inferat parti meae partique vestrae ipsum monasterium duplicatum vel triplicatum.

Facta cartula testamenti die XV kalendas novembrium, era DC. LXXX.III.

Ego Chindasvinthus rex hanc seriem testamenti confirmo. Ego Reciverga regina hanc seriem testamenti confirmo. Ego Eugenius Toletanae ecclesiae metropolitanus confirmo. Condidatus Astoriensis episcopus confirmo, Vasconius Lucensis episcopus confirmo. Odoarius comes cubiculariorum confirmo. Paulus comes notariorum confirmo. Evantus comes scanciarum confirmo, Richila comes patrimoniorum confirmo, Eumensfredus comes sparthariorum confirmo, Fugitivus abbas, Anatolius abbas, Eusicius abbas, Ildefonsus abbas, Sempronius abbas notarius regis.

**116**

[642-649]

[DIEGO ÁLVARO]

**MANDATUM QUINDASVINTHI REGIS.**

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra or. 360 × 370 mm.  
— Ed. GM, núm. 25.

...ego II ejectum ei...  
 ...ego Cindasvintus rex ei nostri...  
 ...adiunxeres eius testimonialium pre...  
 ...me impuneris ei Exsimino in imo...  
 ...tenetis uti similis...

**117**

[642-649]

[DIEGO ÁLVARO]

EPISTULA MORALIS

— M. *Col.* Gómez Moreno, pizarra *or.* 360 × 370 mm.  
 — *Ed.* D, p. 92.

† Haudite cives Romei senatoresque efectivos: Domando filio  
 meu salutes; et domando tibi eos degere a te detes; et ostende  
 sapientia si debes, et aude efligere tuas, custodi alienas. Cum eo  
 poscere, noli eis nocere tuis medet, et exilii mala concientiam edo-  
 cesti edictionem etiamsi videres simulabimus augere eius potesta-  
 tem, et si vicis inito in ecuus fiat prandium alium; obliviscere  
 nolis.

**118**

[642-649]

[DIEGO ÁLVARO]

CARTULA TESTAMENTI ?

— M. *Col.* Gómez Moreno, pizarra *or.* con tres textos, 37 × 36 c.  
 — *Ed.* GM, núm. 27.

...eis mi e lege...  
 ...emere...

...det et emere ses...  
 ...ei egere det et ei erei edere esos...  
 ...de meis detes edere eis..  
 ...erei ei...  
 ...lites degeres meis Teodoseo...  
 ...ut et emeres testem...

.....  
 .....

Επί την ορθήν πορείαν  
την οποίαν οι θεοί πάντες  
προσέρχονται σε πάνταν  
την οποίαν οι θεοί πάντες

1. Doc. 119. Escatocholion benefacti.

(PÁGINA EN BLANCO)

.....  
.....  
.....

...et meos sortes des egere te... eos...  
...et e meo ereo tenes eos premere det...  
...et meos egenos memorare det et...

**119**

[ante 650 ?]

ESCHATOCOLION BENEFACTI.

- M. AHN, *Cod. 1452 b*, fragmento 14, perg. *or.* 195 × 230 mm., escritura primitiva del palinsesto.  
— *Cit.* MU. DV., pág. 5.

benefac[t]orib[us]... ent... /Si quis... eradere intentiones abuerit  
uel s[i]gnum presentis... perdiderit... efectum non sustinead. Da-  
tum sub die /u[nd]ecimo kalen[d]as... anno feliciter... regni glorie  
nostre. In Dei nomine/.

**119 a**

[642-649]

[DIEGO ÁLVARO]

IURAMENTUM SECURITATIS

- EL TIEMBLO? Hoy Barcelona, Universidad. Depto. Arqueología.  
— *Ed.* MU. pág. 83.

[px...	[...] in cor[um] presenti
[a...	[...] uicari amarani [ue] (?)
[...	[...] fredi argeredi gis
[adi...	[...] Iurauid propter
[...	[...] nobi porcum meum fo
[...	[...] beni et reddedid mici
[...	[...] et conuenid mici gisa
[dus?...	[...] niano et teudoteo X so
[lidos...	[...] ço p[o]rco quem te minus de
[...	Idcir]co Iuro ego gisadus

[per diuina omnia? et regnum gloriosissimi]d[omi]ni n[o]stri  
cindasuln[di]

[regis...]	...quod]si ego pro causa [...
[...]	...e?]ro Infera pa[rti tue?
[...]	]s duas s[...
[...]	...t]uam securi[tatem...
[...]	...s[ub]s[cripsi] Px a]maran[us...
[...]	s[ub]s[cripsi] Px ranulf]us...
[...]	hanc? se]curita[tem... [...?]

**120**

[642-653]

**MANDATUM IUDICIS.**

— VATICANO, *ms.* Reg. 1024. *Cop.* s. VIII.

— *Ed.* ZLV, p. 395.

Ille iudex, illi saione: Informamus te ut locum illum, quem ille repetit, et nunc in dominio illius esse videtur, iuxta legis ordinem coram duobus aut tribus ingenuis illi consignes octo tantum diebus possidendum. Ita ut si aliquid ibi repositionis habeatur et annulo domini sui non est signatum, propter auferendam excusationem rationalium per illos octo dies anulo tuo maneat obsignatum. Ante vero nihil ex inde aliquatenus auferatur.

**121**

[649-653]

**[GALINDUSTE]**

**DATA ET SUBSCRIPTIO CARTULAE.**

— M. *Col.* Gómez Moreno, pizarra *or.* 11 × 7 cm.

— *Ed.* GM, núm. 28.

... Chindasuinti et Recesuindi reg[um] (*Signo*) SSS.

**122**

[ante 650]

CARTULA OBLATIONIS.

— M. BN. *ms.* F. 58, *fol.* 75-90. *Cop.* s. XVI.  
— *Ed.* ZF, núm. 46.

Si, quantum divinitus animae conceditur salutis praepositum,  
tantum fragilitate humana operare valeret, quierat non solum  
praesentis vitae salutifera habere remedia sed aeterna sine dificul-  
tate sibi acquirere lucra. Ob hoc nostris ex devotionibus totisque  
affectibus in illis nos obsecramus locis adherere, ubi ad dicta pes-  
tifera impedimenta...

**123**

[650, 9, MARZO]

[ARJONA]

EPITAPHIUS MARIAE

— LAS HERRERÍAS de Arjonilla, Jaén, lápida perdida.  
— *Ed.* VI, núm. 178.

† Maria, fidelis Christi in vita sua hunc diligens locum ibique  
suum umatum est corpus. Quatuor deni uno supervixit annos cum  
penitentia recessit in pace die vii idus martias, secundo Reccisvinti  
regnans cum patre principis anno.

**124**

[sec. VII]

CARTULA LIBERTATIS.

— M. BN. *ms.* F. 58, *fol.* 75-90. *Cop.* s. XVI.  
— *Ed.* ZF y MW, núm. 5.

Ille dilectis meis ill. libertis salutem. Quia semper sunt apud  
Deum quaerenda animae remedia et salutifero consilio bonorum

est operum deuotio celebranda, qui et peccata exiliet et augeat merita, et ideo seruitiis conditio est praemio munera ut ad aeternam perueniat libertatem. Pro qua re uestrae deuotionis contemplat[u]s seruitia ingenuos ciuesque Romanos u[o]s esse decerno, et ideo relaxato omni peculio, quod habere uisi estis, in uestro maneat iure. Et donamus u[o]bis de propria facultate nostra propter confirmandam ingenuitatem uestram in loco ill. hoc et illud, quod nobis ex munificentia gloriosi domini nostri illius in iure adu[e]nit, ita tamen ut quou[s]que aduixero ut ingenui obsequium mihi prestare debeatis, post obitum uero meum ubiubi larem [uobe]re uolueritis liberam habeatis potestatem. Quod etiam iuratione confirmamus per [d]iuini nominis maiestatem et regnum gloriosissimi domini nostri ill. regis, quia mihi numquam licebit contra h[u]nc mercedis meae factum uenire neque a quacumque infrangi umquam persona. Quod si forte, quod fieri non credo, contra hanc libertatem aut ego aut quicumque uenire temptauerit, primitus iuditium Dei incurrat et a sacrosancto altario efficiatur extraneus, et sicut [D]atan et Abiron uiuus in infernum descendat et cum Iudam Scarioth participium sumat; et insuper inferat uobis auri libras tantas, et nec sic quoque hanc libertatem inrumpere permittatur. In quam rem...

**125**

[saec. VII]

**PLACITUM VITAE COENOBIALIS.**

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 45.

Sanctissimo domino meo ill. episcopo ill. seruuus uester. Suggesio paruitatis nostrarae sancto pontificati uest[ro] depraeauit auditus, ut me in cellam monasterii sancti domini mei illius martiris cenobiale agendo uitam perpetuo tempore permanendum praeciperes. Vnde et beatitudo uestra intuitu mercedis petitionem meam placi[d]issimo suscipiens animo, in eundem sacratissimum locum ut habitarem uestra gloria uestra perpatuit uoluntas. Vnde mihi placuit hunc spontanea uoluntate emittere placitum, per cuius t[ex]ti formam sincerissima promitto deuotione me diebus omnibus,

quibus in hac potuero durare uita, praedictae sancte ecclesiae dignis Deo ministrando [o]fficiis totamque animi mei uoluntatem in sumo charitatis atque humilitatis splendore minist[ra]re; et ita patrocinante diuina misericordia per omni gratiae f[abo]rem, remota omni discordia seu [d]iu[ersar]um famul[a]tiones nefan[da]rum operum, [aemulationes] transire animis meis temptandi erit facultas [s]let, ut dixi, su[pr]a fatae c[ella]e uestrae o[mn]ibus diebus uitae meae ministrare seruitum. Quod si immutata uoluntate ab ea que promitto declinare tentauero et ad alia loca transire ausus fuero, iuratum dico per aeternitatem supernae potentiae suumque terribilem futuri iuditii diem, quia liberum habeat uestra potestas uestrique successores incautam meam persequi uoluntatem et ad ius reuocare sanctae censurae [de]decus. Si quis uero ex aliis personis in domum suam me recipere aut retinere voluerit, et adubi cognouerit monitionem uestram et minime me consignare uobis intenderit, sed e contrario continere uel defendere nituerit, communicatio illius irrita sit [et] a diabulo aeterna damnatione confusus sententia anathematorum puniatur et cum Iudam Scarioth aetern[o] iuditio concremetur. Nec ulli homi[nu]m religiosorum seu laicorum me apud se audeat retinere. Quod si fecerit, supra scripta diuina damnatione incurrat et me apud se retinere non ualeat. In quo placito stipulatione subnixa manu mea subscripti et testibus a me rogitis pro firmitate tradidi roborandum. Factum pl[a]citum...

126

[saec. VII]

[EL BARRADO]

EPISTULA FAUSTINI.

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra or. 89 × 168 mm.  
— Ed. GM, núm. 6.

[Domno] Paulo Faustinus: saluto tuam claritatem et rogo te domne ut comodo consu[etum es]t facere ut per te ipsut oliballa quollige [in cell]a ut ipsos mancipios in iura iemento [peter]e debeas ut tibi fraudem non fa[cian]t, illas cupas collige, calas [r]ecortices et sigilla de tuo anulo et uide [i]llas tegolas caras tritas sunt de fibola quo-

*Angel Canellas López*

[m]odo ego ipsas demisi illum meracium manda  
[d]e Tiliala venire ut adiutet ibi unum quina  
et unum amantciu nostro.  
De Siriola Pesitula at illa ammica tua  
oris dirige prodi esto sic  
tua custodiat.

127

[saec. VII]

[PERALEJOS DE SOLÍS]

DISTRIBUTIO CEREALIS.

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra *or.* 345 × 185 mm.  
— Ed. GM, núm. 7.

...s. VI...  
...et Simplicius mod. I... ...  
...asus Maseti ss. VI...  
...us dedilicias mod. I...  
...s et Sigerius et Iustina mod. I...  
...Precurasor mod. III...  
...deo mod. VIII...  
...uit Iohannis in angarias mod. LXI...  
...ota s. II...  

---

...om ad oc...  
...aretum adicie per Sigerius ad mod. a Lebaja...  
...semertura mods. XVI tritico mod. I...  
...Flascino mod. II, Plaine s. VI cum a...  
...suas conlibertas, Flania s. I, Maxima s. IIII...  
...manno mod. I, Procula s. III, Bonus et Flainus..  
...et Nonnus maior et Patricius mod. I...  
...ex prendit Iannis ad kaballos mod...  
...XXXIII Mesetius mod. II...  
...ad Bodenecas mod. III...

128

[saec. VII]

MANUMISIO SERVI.

— L. BM. ms. add. 30852, fol. 96. Cop. s. XI.  
— Ed. V. p. 25.

In Dei nomine. Ego ill. tibi ill. famulo meo. Placuit animis meis et placet ut te vernaculo meo liberum facerem sicut et facio et ab omne iugo servitutis absolvō et nulli heredum meorum in te reservo licentiam unus operum faciendi aut quolibet conditione servili exercendi; sed ut superius dixi, libere securus permaneas ab omne integritate ex presenti die et tempore concessso tibi omne pecus et peculiarem tuum quidquid aumentandi vel deinceps aumentari potueris, faciendi quod volueris liberam habeas potestatem.

Et insuper dono tibi infra territorio ill. in villa ill(...).

**129**

651

[BAÑOS DE CERRATO]

CONSECRATIO ECCLESIAE A RECESVINTHO REGE

- BAÑOS, iglesia de San Juan, losa mármol, 68 cm.  
— *Ed.* VI, núm. 314.

Precursor Domini martyr, Babbista Iohannes:  
Posside constructum in eterno munere sedem,  
quam, devotus ego, rex Recesvintus, amator  
nominis ipse tui, proprio de iure dicavi  
tertii post decimum regni comes, inclitus anno  
sexcentum, decies era nonagesima novem.

**130**

653, 16 DICIEMBRE

[TOLEDO]

TOMUS RECESVINTHI REGIS.

- EL ESCORIAL, *ms.* D. I. 2, *fol.* 169 d — 180 c. *Cop.* de 976.  
— *Ed.* VC, pp. 261-7.

*Item epistula.* In nomine Domini. Flavius Recesvintus rex, re-rentissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

(*Va a comunicarles sus pareceres sobre la fe y otros asuntos que se van a proponer*) ...In huius tomī serie scripta tenete ac selecta praenoscite.

Datum sub die xvii kalendarum ianuarium anno feliciter quinto gloriae regni nostri.

*Item subscriptio.* In nomine Domini. Flavius Recesvinthus rex hanc fidei et bonae voluntatis meae deliberationem manu mea subscripsi.

**131**

653, DICIEMBRE

[TOLEDO]

**DECRETUM SYNODALE.**

— *EL ESCORIAL, ms. D. I. 2, fol. 193 d — 202 b. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, pp. 289-293.*

Decretum iudicij universalis editum in nomine principis. Soliditatem redidisse fracturae atque fecisse consurgere quod extiterat concidisse et incrementum est usuatae mercedis et plenitudo consumatae perfectionis: ponderi etenim confidentis ruinae si aequalium proximorum curam convenit obviare, quando grandioris erit culpae praelatos incuriae discriminem incurrere, si non quo valent excomonitionis onere commissos procurent populos sublevare? Properandum ergo est inter ruinae conlisionum catervas eripere conlisorum ut ex hoc iugiter et ultra nec vigorem nocendi habeat execranda pressura, et omnis compressus noverit sanctae sancionis esse sacra sibi conlata remedia.

Quum decursis ergo temporibus durae dominationis sese potestas gravis adtolleret, et in subiectis populis imperium dominantis non formaret iura regiminis sed exidia ultionis, aspeximus subditorum statum non ex ordine vegetari rectori sed deici ex gravedine potestatis. Contraxerunt enim leges elata fastigia in bifronti discordio motionis, et aut in culpis lex ardua saeviebat aut in spoliis favorem lex voluntaria commodabat, inde moestos animos non spes fovebat ex munere sed tolerantium vexabat in funere. Unde iam in reparationis occurso non tantum nos abire sola ratio cogit, verum et ipsa commotio rerum inpellit, ut ex omnium animorum deliberatione concordi illa emanet sententia dicti, quae et finem ausibus rite ponat inlicitus consultum salvandis iure ferat in populis.

(...)

Regalis proinde ordo ex hoc cuncta sibi deberi convincit et quo se regere cuncta cognoscit, et inde conquisita non alteri quam

sibi iuste defendit; unde non personae sed potentiae suae haec debet non ambigit(...).

Ecce etenim ita ex gentis nostrae mediocribus maioribusque personis multos hactenus conruisse reperimus et deflemus, ut eorum agnitis ruinis non aliud possumus quam divinae iudicia considerare permissionis, quorum quidem domorum spolia et potentiarum dignitatis simul ac praedia ita conspicimus prorsus exinanita, et nec fisci usibus commoda nec palatinis officiis repperiantur in remedium salutare conlata(...).

Adeo cum omni palatino officio simulque cum maiorum minorumque conventu nos omnes tam pontifices quam etiam sacerdotes et universi sacris ordinibus famulantes concordi definitione decernimus et obtamus, ut omnis conquestionibus profligatio in omnium rerum viventium ac non viventium, inmobilium quoque et moveri valentium corpore vel specie, forma vel genere, quae a gloriosae memoriae Chindasvinto rege a die quod in regno dinoscitur cendisse reppertus, quodlibet modo extiterit augmentasse, omnia in serenissimi atque clementissimi domini nostri Recesvincti principis perenni traseant potestatem et perpetuo deputentur in iure, non habenda parental successione, sed possidenda regali congesione(...) illis tantundem exceptis quae memoratus divae memoriae Chindasvintus princeps ante regnum aut ex propriis ex justissime conquestis visus est habuisse, in quibus cunctis filiis eius una cum glorio domno nostro Reccesvintho rege permaneat et divisio libera et possessio pace plenissima(...).

**132**

[post 683, 16 DICIEMBRE]

[TOLEDO]

**EDICTUM RECESVINTHI REGIS.**

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2*, fol. 193 d — 202 b. *Cop. de 976.*  
— *Ed. VC*, pp. 293-6.

In nomine Domini. Flavius Recesvindus rex. Eminentiae celsitudo terrenae tunc salubrius sublimia probatur adpetere, quum saluti proximorum pia cernitur compassione prodesse; unde solet contingere ut plus comodi de aliena salute conquerirat quam de propria utilitate quisque percipiat... Hinc et illa regendarum tantumdem salus est plebium quae non suos fines privata voluntate concludit, sed quae universitatis limites communi prosperitatis lege defendit(...).

Quorum igitur praecedentium serie temporum inmoderatior aviditas principum sese prona diffunderet in spoliis populorum, et augeret rei propriae censum aerumna flebilis subiectorum, tandem supernae respectio[n]is afflatu nobis est divinitus inspiratum, ut quia subiectis leges reverentiae dederamus, principum quoque excessibus retinaculum temperantiae poneremus.

Proinde sincera mansuetudinis deliberatione tam nobis quam cunctis nostrae gloriae successoribus adfuturis, Deo mediante, legem ponimus decertamque validis observantiae promulgamus, ut nullus regum impulsionis suae quibuscumque motibus aut factonibus scripturas de quibuslibet rebus alteri debit[us] ita extorqueat vel extorquendas instituat, quatenus iniuste ac nolentes debitarum sibi quisque privari possit dominio rerum. Quod si alicuius gratissima voluntate quippiam de rebus a quocumque perceperit vel pro evidenti praestatione lucratus aliquod fuerit, in eadem scriptura patens voluntatis ac praestiti conditio adnotetur, per quem aut impressio principis aut conferentis fraus evidentissime detegatur: et si patuerit a nolente fuisse scripturam exactam, aut resipiscat improbitas principis et evacuet quod male contraxit, aut certe post eius mortem ad eum cui exacta est scriptura vel ad haeredes eius res ipsae sine cunctatione debeant revocari.

(...) Verum ut omne huius negotium actionis roboret sinceritas veritatis, quum quarumquaque rerum scribturae in principis nomine extiterint factae, mox testes qui in eadem scribtura subscriptores accesserint ab his quos elegerit princeps diligentissime perquirantur, si non aliquod iudicium aut de impressione principis aut de fraude scribturarum facientis modo quoquaque cognoverint, ac sic aut rite facta series scribturae permaneat aut inrite confecta vanescat.

(...) Nam et si quis legis huius seriem ex officio palatino malivol[e] detrahendo lacerare voluerit, aut evacuandam quandoque vel silenter musitans vel aperte resultans proloqui detectus extiterit, cunctae palatinae dignitatis et consortiis et officiis mox nudatus omnium rerum suarum dimidiā partem ammittat, et in deputato sibi loco redactus a totius palatii maneat societate seclusus: religiosus etiam, qui se in eadem culpa devolverit, similis rerum proprietatis suaे dispendio subiacebit.

[653-654]

NOTITIA TESTAMENTI RIQUIMIRI EPISCOPI.

— *EL ESCORIAL, ms. D. I. 2, fol. 183 a — 186 c. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, p. 323.*

(...) Tunc deinde inlatum est nobis testamentum Ricchimiri memoratae Dumiensis ecclesiae episcopi, quod de rebus suis in eadem ecclesia decreverat examinatione veridica dirimendum: quo relato cognovimus eundem auctorem suum illic diversae constitutionis edidisse conditiones, inter quas unam validam conatus est religatione constringere, deputans et inlationes tributorum et pretia fruguum absque aliqua diminutione annua vice pauperibus erogare, nicilque esse absque deliberatione relictum quod usibus ecclesiae posset, quadam liberalitate servire.

Tunc ex voce partis ecclesiae Dumiensis adstructum est quod universae speciei, generis et corporis rem quae in eiusdem ecclesiae dono intrinsecus ad usus domesticos et tempore suaे ordinationis idem episcopus Ricchimirus invenit, et quae ipse aut de opere utriusque sexus artificum familiarum ecclesiae posuit habere confecta atque inlata aut quae sua provisione habuisse visus est conquisita, omnia moriens iussisse pauperibus erogare; quaedam vero ita viliori pretio vendere ordinasse, ut negotiatio earum rerum perditio potius quam mercatio censeretur; edidisse quoque quosdam liberos ex eiusdem ecclesiae familiis, quibus etiam cum aliis ad se pertinentibus amplius quam quinquaginta repperitur utriusque sexus dedisse mancipia.

655, 2-24 NOVIEMBRE

TOLEDO

CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI IX.

— *EL ESCORIAL, ms. D. I. 2, fol. 180 — 183 a. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, p. 297-307.*

Incipit nonum, quod actum est die octavo kalendarum decembrium anno feliciter VII° regno serenissimi atque clementissimi

domini nostri Recesvinthi regis, era D.LXXX.III, actum in urbe Toletana.

Incipit textus libri cuius supra.

Dum canonicae definitionis edicto in Toletanam urbem peragendo concilio post diem kalendarum novembrium anno septimo Recesvinthi principis gloriosissimi in basilicam sanctae Mariae semper virginis in unum fuissemus Domino favente collecti, id communis definitione decrevimus: ut(...).

(*17 capítulos sobre fundaciones, seguro de los bienes de iglesias, celibato, siervos y libertos de iglesias, judíos bautizados*) (...).

Si quis vero deinceps haec monita temerare voluerit, et male rapta cum confusione restituet et excommunicationis annuae sententiam sustinebit. (*Sanción peculiar del cánón I*) (...).

Si sacerdos vel minister de rebus ecclesiae sua quipiam alicui sub praestationis obtentu concedat, in serie instrumenti causam praestiti evidentes exponat, ut ex hoc aut iuste confecta transactio innotescat, aut fraus incompetens quae latet appareat. Aliter vero pro huius negotii causa deinceps scriptura confecta non valeat.

(...)Expletis omnibus quae ad honestatis regulam in colatione venire fraternalm, grates exsolvimus inmortali Domino soli, cuius dispositione mirabili ad hunc sanctae congregationis coetum meruimus adunari, ut et communis visio prosperitatem nostram ostenderet et par definitio concordiam adsignaret. Obsecrantes eius miseriordiam largam, ut serenissimo domino et amabili Christo Recesvintho principi glorioso ita praesentis vitae felicitatem inpendat(...).

Consumatum est hoc sanctum concilium die viii calendarum decembrium anno feliciter septimo regno serenissimi atque clementissimi domino nostri Recesvinthi regis, era DC.LXL.III.

Finit feliciter.

Interfuerunt huic sancto concilio pontifices sexdecim(...). Item abbates(...)item vicarii episcoporum(...)item ex viris inlustribus officii palatini.

**135**

656, 1 DICIEMBRE

TOLEDO

**CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI X.**

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 183 a — 186 c. Cop.* de 976.  
— *Ed. VC*, pp. 308-324.

In nomine Domini. Habita synodus in Toletana urbe, die kalen-

darum decembrium anno VIII gloriosi domini religiosissimi Recesvinthi principis, era DC.LXL.IIIII.

Gratulationem nobis spiritualem divina contulit gratia, quando tribuit uti nos et salutaris disciplinae frequentia et convenire ad pacificorum votorum studia preoptata.

Congregatis ergo nobis et in concordiam animi et in conventu loci, referentes gratiam invisibili Dei et glorioso rerum domino Recesvinhto regi...has subter anexas regulas concordiae definitione prolatas aeterna statuimus manere lege praefixas:

(*Siete capítulos sobre: data de la Anunciación en 18 de diciembre, violación del juramento de fidelidad al rey, prohibición de nepotismos, votos, lamentación sobre venta de esclavos cristianos a judíos, fallo sobre Potamio de Braga que se acusó a sí mismo de quebrantar la castidad*).

Opitulante miseratione divina et gloriosissimi Recesvinthi principis inherente voluntate religiosa, his gestis decentissime alligatis in pace connexis, ex totis praecordiorum abditis damus gloriam et honorem, soli aeterno et immortali Deo Patri et Filio et Spiritui Sancto, cuius donum conlatum nobis agnoscimus pro eius ecclesiae statu et prompte gerere curam et possessa sacri regiminis competentia disponere iura, a quo petimus et optamus, ut porrecta in longitudine felicium dierum sacratissimi principis vita et omni gloriarum decore perpetim pollente salute, nobis quoque tribuit susceptum ecclesiae suae regimen in aequitate disponere, in sollicitudine gubernare et in pace temere, ut post mundi huius suspecta pericula pervenire possimus ad coelestia regna, amen.

Interfuerunt huic sancto concilio pontifices numero viginti... item vicarii episcoporum.

Eugenius indigetus Toletanae sedis metropolitanus episcopus haec nostrarum definitionum statuta subscrispi.

(...)

(...)

N. agens vicem N. episcopi ecclesiae N.

(...)

## 136

656, 1 DICIEMBRE

TOLEDO

### DECRETUM SYNODALIS.

— EL ESCORIAL, ms. D. I. 2, fol. 183 a — 186 c. Cop. de 976.  
— Ed. VC, pp. 319-322.

*Decretum pro Potamio episcopo.*

Adsumere poteramus canoram in cantu fraternae laetitiae tibi, quam divina pietas conventum nostrum ad concordiae convocaverat studia...sed gravius conlisi trenum pro cimbalo summus et funus pro carmine decantamus...

Ecce etenim tractantibus nobis in pace Dei de ecclesiasticis regulis, delatum est conventui nostro epistolium confusae confessionis et abolendae subscriptionis, quod Potamius Bracarensis ecclesiae episcopus de factis propriis suis verbisque adnotarat articulis. Quo reserato quid oblitteranda pagina et abolenda litterarum pandenderent elementa fletibus potius quam sermonibus lacrymanda cognitio recensivit. Tunc solitarie tantum secretimque adunatis pontificibus Dei praedictum episcopum adesse fecimus coram nobis quem sigultibus adgredientes amplius quam loqueli reseratam illi suae deformitatis et nostrae confusionis protulimus scributram, quam accipiens ac recurrens scistantibus utrum sui operis suaequa annotationis intimatio esset, illico suum actum suique oris eloquium suorumque diigitorum esse robur adseruit quod illic relegendō providit. Rursum sub divini nominis contestatione hunc adiurantes obtestatim sumus, ut si non aut de se sponte mendacium diceret aut alicuius violentiae proventu perterritus talia enarraret, veraciter indicaret. Qui mox felibili voce luminibusque ploratu madentibus et fragore singultuum cum unius Dei nominis iuramento clamavit se et vera eadem mala de se confiteri et ad haec confitenda nulla se violentia praegravari: unde etiam et ferme per novem menses sponte deseruisse regimen ecclesiae suae et ergastulo quodam ob admisum flagitium acturus poenitentiam se conclusse praedixit.

Tunc per fidelem confessionem eius agnito quod tanto foemineo sorduisset stupro, et licet hunc antiquitas paterna sacris regulis deicere ab honore decerneret, nos tamen miserationis iura servantes non abstulimus nomen honoris, quod ipse sibi sui criminis confessione iam tulerat, sed valida auctoritate decrevimus perpetuae penitentiae hunc inservire officiis et aerumnis... Tunc venerabilem Fructuosum ecclesiae Dumensis episcopum communi omnium nostrorum electione constituimus ecclesiae Brancarensis gubernacula continere (...).

Quia vero ad futurum prospicere convenit, ne exoriri in statu pacis possit quaedam conmotio litis, patrum sententiam quae iam dictum Potarium episcopum rectitudine damnat huic decreto connectere vigilantia nostra procurat.

(...) Factum decretum sub die kalendarum decembrium anno

feliciter octavo regni gloriosissimi domini nostri Recesvinti regis.  
Omnes sacerdotes praedicti concilii hoc stabiliter sancivimus.

137

656, 1 DICIEMBRE

TOLEDO

DECRETUM SYNODALIS

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 183 a — 186 c. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, pp. 322-4.*

*Item aliud decretum eorumdem praefatorum pontificum editum.*  
Vividis tractatibus invenire quod iustum est, et experientia esse iudicantium conprobatur, et iusti summa iudicij plenior invenitur.  
Adeo mentis intentionem orisque simul studia deducentes agnitione audiendi negotii delatum est ad nos in conventu sancti concilii ex directo gloriosi domini nostro Rescesvincti regis per inlustrem virum Uvambanem testamentum gloriosae memoriae sancti Martini ecclesiae Bracarensis episcopi, qui et Dumiense monasterium visus est construxisse, ut reserato eo quid illic memoratus beatissimus vir decrevisset nostrae cognitioni pareret: quo testamento in omnium conventu relecto conperimus hunc ex ordine a memorato principe ad nos esse directum, quoniam idem gloriosae memoriae sanctissimus vir ita decreverat, ut succendentibus per ordinem regibus ad complementum eius ipsius testamenti constitutio commendata maneret.

(*Caso del testamento del obispo Ricimiro, que dispuso de los bienes de su iglesia con grave perjuicio para ésta.*)

(...) Ducti sumus tam rationi intuitu quam paternarum sanctiōnum edicto ipsius testamenti seriem, etsi non usquequaque, in irritum rationabili temperamento deducere: scilicet ut quia tantorum dispendiorum damnis a memorato Richimiro episcopo factis res ecclesiastica dinoscitur subiacere, omnis res eius, quam alligata reliquid pauperum, nomini, tandiu Dumiensi ecclesiae plena deserviat facultate donec omne hoc damnum quod in utensilibus domus sustinuit valeat evidentius reparari, ac tunc completa restitutione damni observetur sicut decreta est series testamenti.

(...)

Edictum decretum sub die calendarum decembrium anno feliciter octavo regni gloriosi domini nostri Recesvinti regis.

Eugenius indignus Toletanae sedis ecclesiae metropolitanus episcopus et ceteri sacerdotes memorati hoc iudicii nostri decretum scribimus.

**138**

659, 1 MARZO

TOLEDO

**PLACITUM SPONSIONIS**

— VATICANO, *ms. Reg. 1024. Cop. s. VIII.*  
— *Ed. ZLV*, p. 425.

Clementissimo ac serenissimo domino nostro Recesvindo regi. Omnes nos exhebreis Toletanae civitatis, qui infra subscripturi vel signa facturi sumus.

Ben quidem ac iuste dudum nos meminimus compulsos fuisse, ut placitum in nomine dive memorie Chintilane regis pro conservanda fide catholica conscribere deberemus, sicut et facimus.

Sed quia et perfidia nostre obstinationis et vetustas parentalis erroris non ita detinuit, ut nec veraciter Jesus Christum Dominum c<sup>n</sup>ederemus nec catholicam fidem sinceriter teneremus, idcirco nunc libenter hac placite spondimus glorie vestre, tam pro nobis quam pro uxoribus et filiis nostris per hoc placitum nostrum, ut deinceps in nullis observationibus, in nullis usibus iudaicis misceamur.

(*Enumeración de los compromisos de los judíos toledanos*).

Quod si in omnibus que supra taxata sunt in quocumque vel minimo transgressores inventi fuerimus aut contraria christiane fidei agere presumpserimus(...)juramus per eundem Patrem et Filium et Spiritum Sanctum(...)quia qui ex nobis horum omnium vel unius teransgresor inventus fuerit aut a nobis ignibus vel lapidibus perimatur, aut si hunc ad vitam glorie vestre reservaverit pietas, mox amissa libertate tam eum quam omnem rei ipsius facultatem cui elegeritis perenniter deservienda donetis, vel quidquid ex eo aut rebus ejus facere iusseritis, non solum ex regni vestri potentiam sed etiam ex hujus placiti nostri sponsione potestatem liberam habeatis.

Facto placito sub die duodecimo kalendas martias, anno feliciter sexto regni glorie vestre, in Dei nomine, Toleto.

[circa 659]

[TOLEDO]

LEX RECESVINTHI REGIS

— VATICANO, *ms.* Reg. 1024. *Cop.* s. VIII.  
— *Ed.* ZLV, pp. 423-4.

Flavius gloriosus Recesvintus rex. In conclusionem omnium preteritarum legum, quas ad contendendam perfidiam Iudeorum tam nostra intentio quam praedecessorum nostrorum studia decreverunt, opportuit hanc novissime legem ad robor soliditatis adipere et competendi munimento premissa ex ordine roborare.

(...)

Hoc providenter legis huius decernitur sanctione, ut...

Quod si quispiam hec presumpserit temerare, si episcopus fuerit aut etiam ex ceteris clericis atque religiosis vel certe ex cunctis laicis quisque deprehensus extiterit, a conventu catholicorum seclusus, excommunicatione ecclesiastica feriatur et quarte partis omnium bonorum suorum ammisione multabitur, que fisco non dubie quam totius conectetur.

Dignum est enim eos aliquandiu a fidelium Chisti societate divelli et rerum damno multari, qui adponunt Christi amorem et veritatis speciem consensu innimicorum eius detestabiliter impugnare, in regum transgressionibus illa inmobiliter sententia permanente, quam dive memorie Sisebutus rex visus est in huismodi actione superiori lege sancsisse.

[600-665]

PACTUM MONASTICUM.

— MUNICH, B. estatal *ms.* lat. 28118, *Cop.* s. IX. (FRUCTUOSO DE BRAGA, *Regula monastica communis.*)  
— *Ed.* PL. LXXXVII, cols. 1127-30.

In nomine Domini. Incipit pactum. In nomine sancte Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sanctui. Quod corde credimus et ore proferimus... (*Credo y citas evangélicas*).

*Angel Canellas López*

Proinde melius mutoque melius est mundum calcare, Christum audire, Evangelium complere, vitam beatam cum angelis sanctis in eternum per omnia saecula possidere.

Proinde divino ardore acces, ecce nos omnes qui subter notandi sumus Deo et tibi domino et patre nostro tradimus animas nostras ut secundum edictum apostolorum et regulam et sicuti sancta patrum praecedentium sancxit auctoritas, uno nos in coenobio, Christo praecedente, teque docente, habitemus. Et quidquid pro salute animarum nostrarum annuntiare, docere, agere, increpare, imperare, excommunicare, secundum regulam emendare, volueris, humili corde, deposita omni arrogantia, intenta mente, desiderioque ardente, divina gratia opitulante, inexcusabiliter, Domino favente, omnia adimplevimus.

Quod si aliquis ex nobis contra regulam et tuum praeceptum murmurans, contumax, inobediens vel calumniator extiterit, tunc habeas potestatem omnes in unum congregare et, lecta coram omnibus regula, publice culpam probare, et flagella seu excommunicationem secundum intuitum culpae, unusquisque suum reatum convictus suscipiat.

(*Otras sanciones para los que se marchan o para los que retienen a los profesos*).

Amen.

Haec sunt nomina quae manu sua unusquisque subscriptionem vel signum in hoc facto fecit, id est, ille, ille, vel illa illaque.

**141**

666, 6 NOVIEMBRE

MÉRIDA

**CONSTITUTIONES SYNODI EMERITENSIS.**

- GERONA, B. C. *ms.* Concilios, fol. 244 b — 251 b.  
— *Ed.* VC, pp. 325-343.

Synodus quae gesta est in provintia Lusitaniae apud urbem Emeritam, quae caput eius dinoscitur esse, XII episcoporum in unum collectis, die VIII iduum novembrium anno XVIII sere-nissimi et piissimi Recesvinthi regis, era DCC.III.

Congregatis nobis omnibus provinciae Lusitaniae episcopis in nomine Domini et residentibus in sanctae Ierusalem ecclesia quae in Emeritensi urbe, quod caput huius provinciae noscitur esse et

sub principali nomine manet dedicata, iuxta ordinem priorum canorum nostrum cum Dei iuvamine coeptum est initium.

Primum ut mos est, debitas laudes persolvimus omnipotenti Dei, cuius munere adiunati sumus et dono; deinde serenissimo atque clementissimo principi nostro et domino gratiarum actiones impendimus regi Recesvinto, optantes divinam misericordiam, ut qui ei tribuit regni potestatem concedat et vitae felicitatem cum pacis quiete, sicque eum de suis hostibus reddat victorem, ut suorum inimicorum colla ditioni eius subdat gratia sua favente quatenus et praesentem vitam quietus possideat per tempora longa et post multa annorum curricula beatitudinis gaudia obtineat per saecula nunquam finienda. Et quoniam de saecularia sancta illi manet cura, et de ecclesiastica per divinam gratiam recte disponit mente intenta, sit illi opitulatrix ineffabilis omnipotentis Dei gratia quae quaerentibus se manet propinqua.

(23 cánones sobre culto y disciplina eclesiástica).

Postquam fidei nostrae exposuimus credulitatem et quae necessaria extiterunt, ut potuimus, digessimus per ordinem, Creatori nostro et Domino quem credimus Trinum in unitate et veneramus unum in Trinitate, Patri et Filio et Spiritui Sancto debitas persolvimus laudes, tantae maiestatis glorificantes nomen qui dignatus est nobis rectitudinis viam ostendere: ac deinde serenissimo atque piissimo et ortodoxo viro clementissimo domino nostro Recesvintho regi gratiae impedimus opem, cuius vigilantia et secularia regit cum pietate summa, et ecclesiastica plenus disponit divinitus sibi sapiencia concessa. Ipse enim Dominus cuius Trinitatem veneramus et confitemur, et ecclesiae suae fidei conferat lucra et sacerdotibus, ministris atque omni clero, ut digne illi serviant, conferat remedia quae ipsi sunt placita; clementissimo principi Recesvintho regi felicem vitam felicioraque praesenti in seculo et futuro post in regno sempiterna concedat gaudia possidenda, atque id omnibus in se creditibus praestare dignetur, ut dum sui iudicii manifestare voluerit tempus, omnibus tribuat perenne remedium ipse Dominus et Redemptor noster...

Interfuerunt huic sancto concilio pontifices numero XII.

Proficius Dei misericordia Lusitaniae provinciae sancta Emeritensis ecclesiae metropolitanae sedis episcopus haec gesta synodalia cum confinitimis meis episcopis instituta manu mea subscripsi.

(...) N. in Christi nomine sancte N. ecclesiae' episcopus, similiter (...) (11 obisplos en total).

**142**

667, AGOSTO

[DIEGO ÁLVARO]

**PLACITUM.**

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra or. 160 × 100 mm.  
— Ed. D, p. 94.

...cabero...  
...coniuro per Deum et...  
ita tunc abeas potesta[tem...  
...e]d ego ...amattius per[i] suum...  
...qui...rbui superius co...  
...auri untias duas. Factum placitum...  
augus]tas anno feliciter octabo deci[mo...  
...nostri Recesuindi regis. Sign[um...  
...a me factum quem fieri uol[...  
...placitum in era DCCV tes[tes...  
...Traserico teste per nostrum...  
...et teste Emeterio nostro...

**143**

672, 1, SEPTIEMBRE

GÉRTICOS

**CONDITIONES SACRAMENTORUM.**

— VATICANO, ms. Reg. 1019.  
— Ed. ES, VI, pp. 569-70.

Perlatae sunt conditiones, ubi spontanea promissione in electione gloriissimi nostri domini Uvambani regis ipse nefandissimus Paulus vel socii sui una pariter nobiscum convocatis adunatisque omnibus nobis, id est senioribus cunctis palatii, gardingis omnibus, omnique palatino officio, seu etiam adstante exercitu universo in conspectu gloriissimi nostro domini, cum predictis sociis suis iudicandus adsisteret, consenserunt et inviolabiliter se ei vel patriae fidem observaturos sub divini numinis sponctione testati sunt, quas etiam manus suae subscriptionibus notaverunt.

Quibus conditionibus reseratis atque perfectis, ad confusionem perfidiae ipsorum subscriptio manus eorum in ipsis conditionibus et sapiencia ostenditur.

144

[673, JULIO ?]

[NIMES]

EPISTULA PAULI WAMBAE REGIS.

— M. BRAH, A. — 189. *Cop.* s. XIII.  
— *Ed.* SRM, V, p. 590.

In nomine Domini. Flavius Paulus [summus] rex orientalis Wambae regi Austri. Si iam asperas et inhabitabiles montium rupes percurristi, si iam fertosa et sylvarum nemora, ut leo fortissimus, pectore confregisti; si iam caprearum cursu cervorumque saltum, aprorum ursorumque edacitates radicibus edomuisti; si iam serpentum vel viperarum venenum evomuisti: indica nobis armiger, indica nobis domine sylvarum et petrarum amice. Nam si haec omnia accubuerunt et tu festinas ad nos venire, ut nobis abundanter philomelae vocem retexas. Et ideo magnifice vir ascendit cor tuum ad confortationem. Descende usque ad Clausuras, nam ibi invenies Ranasindum ducem cum quo legitime possis concertare.

145

[673]

[NARBONNE]

NOTITIA CONDITIONIS SACRAMENTORUM.

— VATICANO, *ms.* Reg. 1019.  
— *Ed.* ES, VI, p. 570.

Aliae conditiones at quas ipse perfidus Paulus populum sibi iurare fecerat, relectas sunt, in quibus istius impietatis et crudelitatis ordo servatus est, ubi ipsi Paulo omnes socii sui sub isto ordine iuraverunt, ut et fideles illi essent, et unanimiter cum eodem contra dominum nostrum Uvambanem regem cum eo pugnarent, atque in deiectionem eius vel periculum usque ad effusionem sanguinis dimicarent, vel contra eos qui eumdem dominum nostrum defendere voluissent. Infaustum regem iam dictum gloriosum dominum nostrum Uvambanem, ut supra praemissum est, in ipsis conditionibus nominantes, et cetera detestanda quae in ipsis conditionibus reperiuntur scripta.

**146**

[circa 673]

**CONDITIONES SACRAMENTORUM PAULI.**

— VATICANO, *ms. Reg. 1019.*  
— *Ed. ES, VI, p. 569.*

Praedictus princeps [Wamba] sub praemissa coniurationis interpositione eum [Paulum] adlocutus est, dicens:

«Coniuro te per nomen omnipotentis Dei, ut in hoc conventu fratrum meorum contendas tecum iuditio, si aut te in aliquo laesi, aut occasione qualibet malitiae nutrivi, per quod excitatus hanc tyrannidem sumeres, vel huius regni apicem suscipere attentares».

Mox idem nefandissimus Paulus, voce clara testatus est dicens:

«Per Deum, quia neque a gloria tua laesum me esse sensi, neque a vobis aliquid mali pertuli; sed tantum boni in me impertire iussisti, quod percipere omnimo non merui. Ego tamen diaboli instinctu provocatus id feci».

Similiter iamdicti socii sui quaesiti sunt, et omnes similiter responderunt.

**147**

[673, OCTUBRE ?]

[TOLEDO]

**SENTENTIA WAMBAE REGIS.**

— M. BRAH. A-189. *Cop. s. XIII.*  
— *Ed. SRM, V, pp. 529-35.*

Iudicium in tyrannorum perfidia promulgatum eodem Iuliano archiepiscopo Toletano auctore.

Perfidorum denotata transgressio eo debet acrius percuti, quo illicitis videtur ausibus quaedam perpetrare. Habeant ergo confusione propriae signum, quibus contigit fidei violare promissum. Reportent nomen perditionis in posteros, quos indulgentia principalis fuit esse ingratis. Renotentur inter cuneos perfidorum, qui genti sua paravere excidium, ut reportent in progeniens saeculorum titulos infamiae sua, qui eversores facti sunt patriae, quibus

ex clementia princeps dederit vivere, effosionem luminum non evadant: qui propriam gloriam minuentes prodigionis notam incurvant.

(...)

Haec quidem necessario praemissa suficiant. Nam cum nefandissimum Paulum serenissimus dominus noster Uvambae rex... (*se expone la rebelión del conde Paulo*)...

(*Llevado Paulo ante el tribunal real, el rey a Paulo*) adlocutus est, dicens: 'Conjuro te per nomen omnipotentis Dei, ut in hoc conventu fratrum meorum contendas mecum iudicium'... (Paulo) voce clara testatus est, dicens: 'Per Deum, quia...'.

Similiter iamdicti socii sui quaesiti sunt, et omnes similiter responderunt.

Unde perlatae sunt conditiones... (*aprobadas para la elección de Wamba y que los acusados*)... una pariter nobiscum consenserunt... sub divini numinis sponsione testati sunt, quae etiam manus suae subscriptionibus notaverunt. Quibus conditionibus reseratis atque perfectis, ad confusionem perfidiae ipsorum subscriptio manus eorum in ipsis conditionibus eis sapientia ostenditur.

(*Lectura del documento de los conjurados*).

His excursis atque perfectis (...) (*se leen las sentencias y cánones aplicables a tal delito*).

Ob hoc secundum latae legis edicta, hoc omnes communi definivimus sententia:... (*Condena y posibilidad de commutar la pena capital*) his titulis denotatam.

Explicit feliciter.

## 148

[673, 1 NOVIEMBRE]

[TOLEDO]

### LEX WAMBAE REGIS.

—SKOKLOSTER (Upsala), ms. 22. Cop. s. XII.  
—Ed. ZLV, pp. 370-3.

In nomine Domini. Flavius gloriosus Wamba rex.

Quid debeat observari si scandalum infra fines Spaniae ex surrexerit. Cogit nostram gloriam saluberrima intentio actionis (...).

Adeo presenti sanctione decernimus, ut(...).

Ut vitium, quod ex preteritis temporibus male usque hactenus

indeverat, et severa legis huius censura redarguat, et concors adque unanimis adsensio quietem plebium et patriae defensionem adquirat.

Rata et confirmata lex die kalendarum novembrium, anno feli-citer secundo regni nostri.

**149**

675, 7 NOVIEMBRE

TOLEDO

**CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI XI**

— *EL ESCORIAL, ms. D. I. 2, fol. 186 c — 193 d. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, pp. 344-369.*

In nomine Domini. Incipiunt gesta synodalia concilii Toletani undecimi acta in urbe regia in Toletana sede a decem et septem episcopis, anno quarto regni gloriosi principis Uvambani, sub die septimo iduum novembrium, era DCC.XIII.

In nomine sancte Trinitatis. Collectis in unum Carthaginis provinciae sacerdotibus in Toletana urbe in beatae matris Domini Mariae virginis sede, anno III excellentissimo et religiosi Uvambanis principis sub die septimo idus novembris...

(*Reunión del concilio tras 18 años; exposición del credo; cánones sobre disciplina eclesiástica*).

*De relatione gratiarum pro consumatione concilii:* His igitur constitutionibus nostris quae necessario decernenda credimus finalē manus nostrae subscriptionem adiecimus, (...).

Post haec religioso domino et amabili principi nostri Uvambani regi gratiarum actiones persolvimus(...).

Interfuerunt huic sancto concilio pontifices numero decem et septem.

Ego Quiricus urbis regiae metropolitanus episcopus haec gesta synodica a nobis definita subscripsi.

(*Suscripciones de 16 obispos, 3 abades, 8 suplentes*).

**150**

675 [NOVIEMBRE ?]

BRAGA

**CONSTITUTIONES SYNODI BRACARENSIS III.**

— *EL ESCORIAL, ms. D. I. 2 fol. 218 bis a — 220 c. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, pp. 370-379.*

Incipit concilium Bracarense tertio quod factum est sub anno quarto gloriosissimi domini nostri Wambani regis, era DCC. XIII regni eius.

Decenter satis per divinum Spiritum in Bracarense urbe collecti de his quae intra Dei ecclesiam perversa actione geruntur tractaturi convenimus, ut adiuvante nos illo qui dixit: 'Ubiunque fuerint duo vel tres in nomine meo colecti ibi ero in medio eorum', pari animo parique devotionis studio exurgententes male habitos extirpemus errores.

Etenim dum nos in unum synodalis actio adgregasset debitum in sedibus conlocati, primum de sanctae fidei sacramento coepimus habere sermonem... quam tamen nostrae fidei regulam ipsis verbis atque sententiis conmemoratio reteximus, quibus eam in conventu Nicaeni concilii declarata scimus:

(*Credo de Nicea*)... Post huius sanctae fidei sacramentum relatus est in cognitionem omnium nostrorum error manifestus pariter et diversus qui tanta debet disciplinae arte retundi quanta et perversitate conprobatur admitti (*exposición de varias corruptelas litúrgicas y de costumbres*)... Quae omnia ne confuse viderentur esse prolata, discretis titulorum ordinibus credimus subnectenda.

(9 cánones sobre dichas corruptelas).

Gratias itaque omnipotenti peragimus Deo; post haec sit pax, salus et diuturnitas piissimo et amatori Christi domino nostro Wambani regi, cuius devotio nos, ad hoc decretum salutiferum convocavit; divinam postulantes clementiam, ut gloria Christi regnum eius corroboret usque ad ultimam senectutem, praestante ipso qui cum Patre et Spiritu Sancto unum vivit et gloriatur in Trinitate Deus in saecula saeculorum.

Leudigisus in Christi nomine episcopus cognomento Julianus has constitutiones secundum quod nobis cum sanctis coepiscopis meis qui mecum subscripserunt Deo inspirante conplacuit relegi et subscripti.

N. ecclesiae N. episcopus his constitutionibus interfui et subscripti.

(Total 7 suscriptores).

151

675, 23 DICIEMBRE

LEX WAMBAE REGIS.

— SKOKLOSTER (Upsala) ms. 22. Cop. s. XII.  
— Ed. ZLV, pp. 202-5.

Flavius gloriosus Wambae rex.

Deus iudex iustus qui iustitiam intemporalis diligit, non vult servire iustitiam tempori, sed tempora potius equitatis lege concludi. Ipse igitur Deus iustitia est, Deo ergo datur quidquid a fidelibus in Dei ecclesiis iustissima devotione offertur(...).

Multorum enim mentes pontificum, inlito cupiditatis ausu precipites, quedam de his, qui in eorum diocesi fundatis ecclesiis pia fidelium oblatione donantur, insatiabili rapacitatis studio aut iuri ecclesiae principalis innectunt, aut donanda aliis vel sub stipendio habenda distribuunt, sicque non solum aliena vota disrumpunt, sed et sacrilegium operantur in eo, quod ecclesie Dei fraudatores existunt(...).

Nunc vero(...)nos tamen non preterita ordinamus, sed futura disponimus(...). Definimus, abrogata(...)totius cupiditatis licentia, nulli pontificum ultra licebit, aut quicquam ab ecclesiis diocesis auis auferre, aut abstulatum quodcumque per obpositionem tricenni vindicare(...).

Quicumque(...)tenorem legis(...)adimplere neglexerit(...) omnem rei taxationem(...)debebit comparare(...).

Hec lex, non solum pro rebus que in ecclesiis absolutis vel diocesanis conlate sunt observabitur, sed sub generali nomine omnium ecclesiarum(...)complebitur.

Data et confirmata lex a die decima kalendarum ianuarium, anno feliciter quarto regni nostri, in Dei nomine, Toleto.

## 152

675, 23 DICIEMBRE

### LEX WAMBAE REGIS.

— SKOKLOSTER (Upsala), *ms. 22. Cop. s. XII.*  
— *Ed. XLV*, pp. 205-7.

Flavius gloriosus Wambae rex.

Magna est confusio generis ubi dissimilitudo unius parentis statum degenerat progenite prolis. Hoc enim neccesse est inveniatur in frutice quod tractum est ex radice. Quomodo enim absoluti decoris titulum reportabit, cuius parentes obligatio adhuc innixa constringit?

Et hec quidem premissa sunt pro eo, quod multi de familiis ecclesiarum libertati donantur, nec tamen absolute libertatis licen-

tia petiuntur in eo, quod illi, de qua originem ducunt, per obse-  
quium inligantur(...).

Quapropter, ut talis de cetero amputetur presumptio, presenti  
lege precepimus, ut, quicumque(...).

Hec lex non solum in viris sed et in feminis observanda est(...).

Hoc tamen in hac lege servandum est: ut quicumque de prete-  
ritis usque modo, quo hec lege conderetur, de talibus parentibus  
repperti fuerint intra tricennium generati(...)sequuntur(...)condi-  
tione omnimode ingenuitatis adsumpta(...).

Data et confirmata lex a die X kalendarum ianuarium, anno fe-  
liciter quarto regni nostri in Dei nomine Toleto.

**153**

[672-680 ?]

[DIEGO ÁLVARO]

SUBSCRIPTIONES TESTIUM.

— Madrid. *Col.* Gómez Moreno, pizarra *or.* 250 × 120 mm.  
— *Ed.* D. págl. 95.

...banb...  
...s suprascripti...  
...rogatus a supradscriptis...  
...Tralarici rogitus a supras[criptis...  
...s a novis scrita nos...

**154**

[673-680]

CARTA IUDICIALIS WAMBAE REGIS.

— VATICANO, *ms.* Reg. 1019.  
— *Ed.* SRM, V, págl. 535.

Secundum latae legis edicta, hoc omnes communi definimus  
sententia, ut idem perfidus Paulus cum iam dictis sociis suis morte  
turpissima condemnati interirent qualiter casum perpetuae perdi-  
tionis videntur excipere, qui et eversionem meditati sunt patriae  
et principis interitum conati sunt eximere. Quod si forsam eis a

principe condonata fuerit vita, non aliter quam evulsis luminibus reserventur, ut vivant.

Res tamen omnes eiusdem Pauli sociorumque eius in potestate gloriossi nostri domni persistendas esse decernimus, qualiter, quicquid de his agere vel iudicare elegerit serenitatis suae clementia, potestas illi indubitata permaneat, ut seditiosorum nomen funditus a terra dispereat et lugubrem eorum memoriam his titulis denotatam sequuta saecula imitari refugiant.

**155**

[680, 14 OCTUBRE]

TOLEDO

RECOGNITIO SCRIPTURARUM WAMBAE REGIS.

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 193 d — 202 b. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, p. 386.*

Quum ex glorioso praedicti principis [Ervigii] iussu in unum fuissemus adgregati conventum et in basilicam sanctorum Apostolorum debitum in sedibus locaremur... post pacifica... sanctae fidei conclamationum studia illa se primum nostris sensibus salutaris cognitio agnoscendam invexit, quae tanto corda omnium ardore caritatis adstrinxit quanto se eadem ipsa cognitio in conventu generalis concilii praenosendum exhibuit.

Etenim sub qua pace vel ordine serenissimus Ervigijs princeps regni concenderit culmen, regnandique per sacrosanctam unctiō nem suscepere potestatem ostensa nos scripturarum evidētia docet:

In quibus et praecedentis Wambanis principis poenitentiae susceptio noscitur, et translatus regni honor in huius nostri principis nomine derivatur. Idem enim Wamba princeps dum inevitabilis necessitudinis teneretur eventu, suscepto religionis debito cultu et venerabili tonsurae sacrae signaculo, mox per scripturarum definitionis suae hunc inclytum dominum nostrum Ervigium post se praelegit regnaturum et sacerdotali benedictione ungendum.

Vidimus enim et pariter patulo alternae visionis intuitu praelucente perspeximus huius praemissi ordinis scripturas, id est (*se enumeran tres documentos*).

In quas scripturas et subscriptio nobis eiusdem Wambanis principis claruit et omnis evidētia confirmationis earumdem scripturarum sese manifeste monstravit.

**156**

[680, 14 OCTUBRE]

ACTA TONSURAE WAMBAE REGIS.

— *EL ESCORIAL*, *ms. D. I. 2, fol. 193 d — 202 b. Cop. de 976.*  
— *Cita VC, p. 386.*

(...)notitiam manu seniorum palatii roboratam, coram quibus antecedens princeps et religionis cultum et tonsurae sacrae adeptus est venerabile signum(...).

**157**

[680, 14 OCTUBRE]

EDICTUM WAMBAE REGIS.

— *EL ESCORIAL*, *ms. D. I. 2, fol. 193 d — 202 b. Cop. de 976.*  
— *Cita VC, p. 386.*

(...)scribturam quoque definitionis ab eodem [Wamba] editam ubi gloriosum dominum nostrum Ervigium post se fieri regem exobtat(...).

**158**

[680, 14 OCTUBRE]

MANDATUM WAMBAE REGIS.

— *EL ESCORIAL*, *ms. D. I. 2, fol. 193 d — 202 b. Cop. de 976.*  
— *Cita VC, p. 386.*

(...)aliam quoque informationem iam dicti viri in nomine honorabilis et sanctissimi fratris nostri Iuliani Toletanae sedis epis copi, ubi sub omni diligentiae ordine iam dictum dominum nostrum Herbigium unguere in regno deberet et sub omni diligentia unctionis ipsius celebritas fieret(...).

**159**

681, 9 ENERO

TOLEDO

TOMUS ERVIGII REGIS.

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 193 d — 202 b. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, pp. 381-4.*

In nomine Domini. Ervigius rex sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

(*Petición de ayuda y consejo. Proposición de varias medidas, en especial contra judíos y atenuación de leyes anteriores contra desertores del ejército.*)

De ceteris autem causis atque negotiis quae novella competant institutionem firmari, evidentium sententiarum titulis exaranda conscribite.

(...)

Datum sub die V iduum januarium anno feliciter primo regni serenitatis et tranquilitatis nostrae in Dei nomine Toletano.

*Item subscriptio praedicti principis manu sua exaratum.*

**160**

[circa 681, 25 ENERO]

LIBELLUM OBSECRATIONIS

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 193 d — 202 b. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, pp. 409-410.*

*Suggestio servi vestri Sesuldi.* Meam extremitatem ad sanctitatis vestrae deduco memoriam et ut saepe pro extremitate servi tui orare iubeas instanter suggero; de caetero autem ad relatum sanctitatis vestrae deduco quod convenientia servorum vestrorum fuit per humilem vestrum dominum Emilanem ut per volumtatem Dei et vestram in ecclesia vestra sacerdotio fungatur; et quia in ipsa diocesi talis nec melior invenitur pr̄ id domno suas suggestiones miserunt, ut si Deus domno aditum dederit iubeatis venire, ut per manus vestras et illud perficatur et aliud quod adhuc in suspensum est et desiderantes domno de vultu vestro laeti efficiatur.

Si vero aliter est vestra praevisio, cui vultis ad ordinationem vestram dirigte, qui causam vestram perficat et ordo vester incolumen persistat.

**161**

[circa 681, 25 ENERO]

**LIBELLUS OBSECRATIONIS**

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 193 d — 202 b. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, pp. 409-410.*

*Alia proprii vernuli vestri Sunilani suggestio.* Ad relatum sanctitatis vestrae deducimus, quod per Dei electionem omnes sacerdotes vestri et cuncti filii ecclesiae in unum convenientes requisierunt a me per humilem vestrum Emilanem, ut per Dei et vestram ordinationem in ecclesiam Mentesanae civitatis pontifex ordinetur et quia eum humilitas cum sanctitate adornat et origo generis reddit inlustrem, suggero clientulus tuus ut si Deus beatitudinis vestrae aditum dederit ob restaurandas ecclesias vestras ad vestros usque humilimos nos dedignetis accedere, quatenus famulorum vestrorum electio vestris sacris manibus compleatur. Si tamen casus saeculi in aliquid excellentiae vestrae obviaverit, ordinate cui iusseritis ex fratribus vestris scribere, qui vestra compleat iussa, et amplius ecclesia vestra in desolatione non permaneat. Sic Christi gratiam eximietas vestra sine fine percipiat.

**162**

[circa 681, 25 ENERO]

**LIBELLUS OBSECRATIONIS**

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 193 d — 202 b. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, pp. 409-410.*

*Alia suggestio Ermegildi Iohanni et servis eius.* Sesuldus filius vester vestrae beatitudini notuit pro humili vestro domno Emiliane, ut si Deo et domino placitum fuerit, in ecclesiarum ordine pontifex ordinetur; ita et nos servi vestri suggerimus, ut si Deus aditum

domno dederit, iubeatis usque hic fastigium pati, ut per manus vestras sit completum. Si vero, quod absit, aliqua occasio saeculi domno obviaverit, sugerimus ut cui vult sanctitas vestra domno vestro notescat quia persona vestra electione vestrorum inpleat sic vitae aeternae praemium accipiatis.

**163**

681, 25 ENERO

TOLEDO

CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI XII

— *EL ESCORIAL, ms. D. I. 1, fol. 193 d — 202 b. Cop. de 976.*  
— *Ed. VC, pp. 380-410.*

In nomine Domini. Acta synodalia concilii Toletani duodecimi apud urbem regiam celebrata sub die quinto iduum ianuarium, era DCC.XX.VIIII, anno primo ortodoxi atque serenissimi domini nostri Ervigii regis.

Quum ex gloriose praedicti principis iussu in unum fuissemus adgregati conventum et in basilicam sanctorum Apostolorum debitis in sedibus locaremur, adfuit coram nobis idem clarissimus princeps humilitatis gratia plenus et claro pietatis cultu conspicuus, qui nostro se coetui reclinem exhibens ac devotum in primis omnium sacerdotum se commitit precibus adiuvandum; deinde grates multiplices omnipotenti Domino agit de conventu totius concilii quia et gloriosae iussionis suae ut in unum adessent impleverint votum et alternae visionis innovatione se refecerint gaudiorum. Deinde adiciens sic omne est concilium adlocutus:

'Non dubium, sanctissimi patres, quod obtima conciliorum adiutoria ruenti mundo subveniunt, si officiosis quae corrigenda sunt studiis perangantur, et ideo quibus malis terra prematur quibusque plagis proventu dierum succendentium feriatur, paternitati vestrae non reor esse incognitum(...).

Iam nunc quia quidquid me adhuc dicere opportuna ratio sinit, quidquid etiam narrandum vestrī auribus convenit aut memoriae curarum intercapedo subducit aut fastidium prolixae orationis intercipit, ecce brevi complexa vel exarata devotionis meae negotia in huius tomi complicatione agnoscenda perlegite, perfecta discutite, discussa elimatis ac decretis titulorum sententiis definite...'.  
(...)

Post egressum igitur eiusdem serenissimi principis haec in iam dicto tomo scripta repperimus probitatis:

(*Texto del tomo de Ervicio*).

(*13 cánones ya promulgados por Ervicio*).

Praemissis is omnibus synodalibus gestis quae honesto decretorum fine complevimus, perpetuum his roborem per manuum nostrarum subscriptionem adnectimus, dantes his gloriam et honorem immortali Deo et Domino nostro, quo inspirante determinationis nostrae sententia viguit et probitas causarum honesto se fine complevit, cuius sanctae Trinitatis poscimus inenarrabile nomen et gloriosam ineffabilis potentiae maiestatem, ut det amatori Christi serenissimo domino nostro atque amantissimo Ervicio principi, cuius iussu ad hunc meruimus advocari conventum, imperare clementer, regnare feliciter, habere de clementia fructum, obtinere de iustitia praemium, de pietate tropheum quo et hic invictus victor hostium semper appareat et post diuturna huius aevi curricula ad regnum aeternum vitae cum suis omnibus coronandus perveniat, praestante Deo et salvatore Iesu Christo domino nostro qui cum Deo Patre et Sancto Spiritu unus in Trinitate vivit et gloriatur Deus in saecula saeculorum amen.

Consumatum est hoc sanctum concilium die octavo kalendarum februariarum anno regni feliciter primo serenissimi atque clementissimi domini nostri Ervicio regis, era DCC.XVIII.

Iulianus Dei gratia Spalensis ecclesiae sedis episcopus haec synodica instituta a nobis edita subscripsi.

(*Suscripciones de obispos, abades y vicarios de obispos*).

Sesuldus haec instituta quibus interfui annuens subscripsi.

(*Suscripciones del resto de los oficiales palatinos*).

## 164

681, 25 ENERO

TOLEDO

### EDICTUM ERVIGII REGIS.

— EL ESCORIAL, ms. D. I. 2, fol. 193 d — 202 b. Cop. de 976.  
— Ed. VC, pp. 384-5 y 403.

In nomine Domini. Flavius gloriosus Ervigius rex. Magna salus populi gestisque nostrae regno conquiritur, si haec synodalium de creta gestorum sicut pio devotionis nostrae studio acta sunt, ita inconvulsibilis nostrae legis valido oraculo confirmantur, ut quod serenissimo nostrae celsitudinis iussu a venerandis patribus et clarissimis palatii nostri senioribus discreta titulorum exaratione est

editum, praesentis huius legis nostrae edicto ab aemulis defendatur.

Etenim est haec ipsa definitio canonum sub isto notata ordine titulorum:

(...)

Quibus omnibus synodalibus gestis decretis atque peractis et debitam reverentiam honoris inpendimus et patulum auctoritatis nostrae vigorem his innectere procuramus ideoque praemissas has constitutiones synodicas a praesenti die vel tempore, id est ab octavo kalendis februariis anno primo regni nostri nullus audeat contemnere, nullus etiam praeterite; nemo earumdem constitutionum audebit iura convellere, nullus temerator haec decreta subvertet nemo his inlicitator vel contemtor vigorem his institutionibus substrahet; sed generaliter per cunctas regni nostri provincias haec canonum instituta nostrae gloriae temporibus acta et auctoritatis debitae fastigio praepollebunt et inrevocabili iudiciorum exercitio, prout constitutae sunt in omnibus regni nostri provinciis celebres habebuntur. Si quis autem haec instituta contemnat, contemtorum se noverit damnari sententia, id est ut iuxta volumtatem nostrae gloriae et excommunicatus a coetu nostro resileat et insuper decimam partem rei suaे fisci partibus sociandum amittat: quod si nihil habuerit facultatis unde praedictam compositionem exsolvere possit absque aliquo infamio sui quiquaginta eum oportebit ictibus verberari.

Edita lex in confirmatione concilii Toleto sub die octavo calendas februarias anno feliciter primo regni gloriae nostrae.

In nomine Domini, flavius Ervigius rex hoc legis nostrae editum in confirmatione huius concilii promulgatum subscripsi.

**165**

681, 27 ENERO

TOLEDO

**EDICTUM ERVIGII REGIS.**

— SKOKLOSTER (Upsala), ms. 22. Cop. s. XII.  
— Ed. ZLV, pp. 429-432.

*De novellis legibus iudeorum, quo et vetera confirmantur et nova adiecta sunt.*

In nomine Domini. Flavius gloriosus Ervigius rex.

Perfida iudaici erroris sepe calliditas eo vehementius durescit in crimen, quod institutis contra se legibus nititur frequentius

contraire. Et ideo licet posituri tot tantisque eorum erroribus novitatis ordine leges, libet tamen illas primum a dominis et predecessoribus nostris promulgatas in eorum transgressione constitutions intendere et ordinatim precedentium edicta retexere, ut ex hoc conlata cum veteribus nova et vetera in his, que decenter sunt edita, confirmentur, ut condecet, et nova sic ordinentur, ne preterita citra rationem videantur confundere, quo uniformis membra compago, ex utrisque legibus confirmatione sit dignum, quidve novitatis edicto inconvulsibile censeatur, eo luce clarius pateat, quo complexa hic ex utrisque veritas extiterit declarata.

Ee ideo in eisdem precedentium legum statutis reperimus legem que de omnium heresum erroribus addicandis promulgata consistit: (...).

Harum igitur fortissimarum legum sententias in predictorum iudeorum perfidiam promulgatas (...) omnia, ut dictum est, iugi temporum eternitate valitura censemus et inrevocabili gloriose serenitatis nostre oraculo confirmamus.

(*Disposiciones y un par de modelos de juramento y profesión de fe para judíos*).

...episcopis omnibus vel sacerdotibus tenendum forte precepimus, ut unusquisque conventum ad se pertinentem iudeorum de his institutionibus quas in eorum perfidiam nuper edidimus, instruat, et libellum huius operis tradat, qui et manifeste illis in conventum relegatur ecclesie, et quem semper secum pro testimonio instructionis reportant.

Iam vero, postquam illis publice in ecclesia fuerit lectus liber iste vel traditus, si quis eorum postea aut se defuisse, cum legetur contendat aut ignorasse se que inibi precepta sunt adstruat, in nulla se ulterius poterit excusatione defendere...

Huic lege adicimus, ut omnium professionum atque conditionum scripturas, quas quisque ille iudeus sacerdoti suo amodo obtulerit, sollicita diligentia unusquisque sacerdos eas ipsas professionum vel conditionum scripturas in archivis sue ecclesie recondat, qualiter pro eorumdem perfidorum testimonio studiosius conservate persistant.

Lecte sunt leges suprascriptae omnibus iudeis in ecclesia sancte Marie Toleto sub die VI kalendas februarias anno feliciter primo regni gloriosi domini nostri Ervigii regis.

**166**

681, 27 ENERO

[TOLEDO]

**PROFESSIONE FIDEI**

- SKOKLOSTER (Upsala), *ms. 24. Cop. s. XII.*  
— *Ed. ZLV, pp. 442-3.*

Ego ille abrenuncio universis ritibus et observationibus sectae iudaicae, abominans in toto(...) ita ut deinceps nihil de ritu(...) exerceam(...).

Proinde abrenunciantis (...) credo in unum Deum... (*símbolo de Constantinopla I, año 381 canon 7*)...

Hec (...) promitto, ut nullo unquam tempore al vomitum superstitionis iudaice redeam... (*promesas de lo que no hará y de lo que cumplirá*).

Facta fidei vel credulitatis mee professio, sub die(...).

**167**

681, 27 ENERO

**PROFESSIONE FIDEI**

- PARÍS, BN. *ms. lat. 4418, fol. 280. Cop. s. X.*  
— *Ed. ZLV, pp. 443-6.*

Juro primum per Deum...per eum qui... Juro et per sacra decem legis pracepta. Iuro et per Jesus Christum... Iuro etiam et per omnes celestes virtutes omniumque sanctorum et apostolorum reliquias sive et per sancta quatuor Evangelia, que superpositis his conditionibus in sacrosancto altario sancti illius, quod manibus meis contineo vel contengo: quia omnia quecumque in professione mea renotanda curavi vel collegere potui, quam tibi domino meo illi, illius sedis episcopo, manu mea subscriptam dedi, sinceriter totam inibi dixi, et sub nullo argumento vel fraude ea, que in ipsa professione comprehensa sunt, protuli, sed omni sinceritate, sicut eadem professio continet, et omnes ritus vel observations abinceps Iudaicas abnegavi et omni cordis mei intentione in sanctam Trinitatem crediturus sum et numquam in nullo ad pristini erroris mei vomitum redditurus sum aut consortio impietatis Iudaicae sociatus

rus; sed in his omnibus et per omnia christiano deinceps more vivens et christianorum participium habiturus sum, et quicquid in eadem professione, quam de sancte fidei observatione conscripsi, comprehensum esse dinoscitur, omni fidei puritate custodiam, qualiter iuxta apostolicam traditionem vel sacri simboli regulam deinceps vivere debeam.

Quod si in quocumque aborbitans, aut sanctam fidem maculavero, aut ritus Iudaice secte in quocumque observare intendero, seu si vos in quocumque per huius iuramenti mei promissionem inlusero, vel sub specie cuiuslibet iuramenti ea, que promissi, non ea intentione perfecero, sicut a vobis me profitente audita vel intellecta sunt: veniant me omnes maledictiones legis, que in contempatores mandatorum Dei ore Domini promulgata sunt; veniant etiam super me et super domum meam et filios meos omnes plage Egypti et percussions eius, et ad terrorem ceterorum ita iuditium Dathan et Abiron super me veniat, ut viventem me terra deglutiat, sicque, postquam hac vita, sim eternis ignibus mancipandus, sim diabolo vel suis angelis sociandus, sim habitatoribus Sodome et Iude particeps in penali supplicio conburendus, et dum ante tribunal metuendi et gloriosi iudicis Domini nostri Jesu Christi pervenero, in ea parte adnumerer, quibus idem terribilis et gloriosus iudex minando dicturus est dicens: 'Discendite a me maledicti in ignem eternum qui preparatus est diabolo et angelis eius'.

Late conditiones sub die(...)illo, anno illo, rege illo.

**168**

[681, 21 OCTUBRE]

LEX ERVIGII REGIS.

— SKOKLOSTER (Upsala) ms. 24. Cop. s. XII.  
— Ed. ZLV, pp. 45-6.

In nomine Domini, Flavius glorusus Ervigijs rex. Pragma suum emendatis legibus adsignant, illud primum ordine prefationis et loco permittimus, quia, sicut legum evidentia populorum est excessibus utilis, ita sanctionum obscuritas turbat ordines equitatis...

Et ideo quia perstringi tota, que in controversiam veniunt, brevi complicatione non possunt, saltim vel ea que in contionem pertractanda sese gloriosis nostre celsitudinis sensibus ingesserunt,

ea in hoc libro specialiter corrigi et climata probitatis sententia decrevimus ordinare(...).

Et ideo harum legum correctio vel novellarum nostrarum sanctionum ordinata constructio, sicuti in hoc libro et ordinatis titulis posita et subsequenti est series adnotata, ita ab anno secundo regni nostri a duodecimo kalendis novembribus, in cunctis personis ac gentis(...)subiugatis(...)valorem obtineat, et(...) valitura consistat.

(*Se incluyen leyes contra judíos dictadas entre 9-26, I, 681.*)

**169**

681, 1 NOVIEMBRE

**EDICTUM ERVIGII REGIS.**

— SKOKLOSTER (Upsala) ms. 24. Cop. s. XII.  
— Ed. ZLV, pp. 374-9.

Flavius gloriosus Ervigius rex. Si amatores patriae hii procul-dubio adprobantur(...).

Unde id cunctis populis regni nostri sub generali et omnimoda constitutione precipimus, ut(...).

Iam vero, si quisquis (...) aut progredi noluerit, aut in definitis locis atque temporibus prestus esse destiterit... (*si es 'maior' pierde bienes y es desterrado, si es 'inferior' recibe 200 azotes, es decalvado y paga una libra de oro*).

Nunc vero, quia de generali omnium progressionē prediximus, restat, ut de progressorum virtute vel copiis institura ponamus. Et ideo id decreto speciali decernimus, ut(...).

His igitur ordinatis atque compositis, restat ut frenum cupiditati eorum ponamus, quos ad peragenda negotia utilitatis nostre infringimus. Et ideo(...)nullus(...)de bellica profectione dimittat, aut admonitiones ipsas que fieri debent(...)interserat(...).

Nam quisquis talia agens... (*los nobles satisfacen el cuádruplo y libra de oro y los menores quedan bajo potestad del príncipe*).

Huius sane legis edictum ab anno secundo regni nostri ex die kalendarum novembrium decernimus valitum.

683, 1 NOVIEMBRE

TOLEDO

DECRETUM ERVIGII REGIS.

— *EL ESCORIAL, ms. D. I. 1, fol. 172-177 c. Cop. de 992.*  
— *Ed. VC, pp. 435-7.*

In nomine Domini. Flavius Ervigijs rex omnibus privatis sive fiscalibus populis.

Magnum pietatis est praemium quo removentur gravedines pressurarum, quia illut semper ante Dei oculos perfectae miserationis sacrificium approbatur, quo fit revelatio miserorum et ex hoc salvatio inducitur terrae per quod pressurae subvenitur humanae. Iudicium est quippe salutare in populis quando sic commissa reguntur ut nec inacuta exactio populos gravet, nec indiscreta remisio statum gentis faciat deperire. Tempora ergo nostrae gloriae misericordiae beneficiis condienda sunt, ut parcente nobis Deo ipsi quoque populis parcere videamur.

Votivum igitur omnipotenti Deo meo cordis sacrificium delibile praecoptans, in nomine divino omnibus populis regni nostri tam privatis quam etiam fiscalibus servis, viris seu etiam feminis sub tributali exactione in provinciam Galliae vel Gallecae atque in omnes provincias Hispaniae consistentibus hoc decretum beneficum in Dei nomine prorrogamus, ut quidquid in praeteritis annis de ratione tributi usque ad primum nostrae clementiae annum thesauris publicis redhibere videmini, totum vobis ex integro noveritis esse concessum; qualiter usque ad praedictum primum nostrae gloriae annum quidquid de ratione tributorum apud vos reiacet, sic totum donatum vobis a serenitate nostra habeatis, ut nullam ex hoc abinceps de praeteritis annis exacti publicam pertimescat; ea tamen ratione servata, ut ea quae in praeteritis exacta sunt et fisco nostro illata non sunt ab his qui ea exegerunt in publico inferantur.

Quod si distulerint et hoc confestim inferre neglexerint, in quadruplum una cum satisfactione disciplinae iuxta quod nostra mansuetudo decreverit id ipsum thesauris publicis persolvent. Certe si quisquis ille dux, comes, tiuphadus, numerarius, villicus aut quicunque curam publicam agens tributa ex acto sibi commiso annis singulis plenario numero non exegerit aut exacta apud se retinuerit, et ea statim thesauris publicis inferre neglexerit, duplata

tributa ipsa de propriis rebus suis modis omnibus in publico inscribet. Hoc tamen speciali et evidenti serenitatis nostrae sententia definimus: ut nullus de supradictis comitibus, tiuphadis, vicariis, numerariis seu quibuscumque curam publicam agentibus quas-cumque exactiones pro hoc negotio pietatis cuilibet ex vobis, quibus et relaxatio mansuetudinis rostrae conceditur, quodcumque exigere praesumpserit, aut quispiam eorum vobis pro tali causa aliquid abstulerit aut ab aliis ablata sibi acceperit, et pro his causis quibuslibet modis aliquid mutilare praesumpserit, in quadruplum de quidquid acceperit cui nostra clementia elegerit universa restituat. De terris vero vel vineis, quas pro eodem tributo quicunque supradictorum curam publicam agentium vobis privatis vel fiscalibus populis abstulit vel accepit, fruges aridas et liquidas ex inde in praeteritis annis unusquisque exactor collegit in rationem ipsius tributi, hoc sibi imputet et terras ipsas vel vineas vobis de quorum iure ablatae sunt restituere non differat. Sic enim dignum est ut quod huius pietatis nostrae sinceritate depromitur ita a cunctis sine cuiusquam exactonis stimulo peragatur.

Datum sub die kalendas novembris, anno feliciter quarto regni nostri, Toleto.

**171**

683, 4 NOVIEMBRE

TOLEDO

**TOMUS ERVIGII REGIS.**

— *EL ESCORIAL, ms. D. I. 1, fol. 172-177 c. Cop. de 992.*  
— *Ed. VC, pp. 412-4.*

In nomine Domini. Flavius Ervigius rex sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

(...) Vota mea(...)ne oblitu quodam memoriam fugiant...in huius tomi complicatione accipite adnotata.

(...)

Datum sub die pridie nonas novembres, anno feliciter quarto regni gloriae nostrae, in Dei nomine, Toleto.

683, 4 NOVIEMBRE

TOLEDO

CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI XIII

— EL ESCORIAL, D. I. 1, *ms.* Emilianense, fol. 172-177 c. *Cop.* de 992.  
— *Ed.* VC. pp. 411-35.

In nomine Domini. Incipiunt gesta synodalia habita in urbe Toletana sub era DCC. XXI, ano regni excellentissimo Ervigii principis quarto.

Inlibatae karitatis instinctu alternis visionum obtutibus redditи et in unum coetum fauctore Deo pariter adgregati, in ecclesiam videlicet sanctorum apostolorum Petri et Pauli anno regni quarto serenissimi Ervigii principis sub die pridie nonas novembres era sepingentesima vicesima prima quum unusquisque nostrum debitum locaretur in sedibus, adfuit idem princeps pleno fidei ardore subnixus et humilitatis gratia decoratus, qui synodico coetui deliberationis suae vota comedans et ut pro se Domino instantissime deprecarentur expostulans, hoc praesertim est adloquitus sufficienti exhortatione concilium ut ecclesiasticae disciplinae quae congruunt et corrigendis moribus quae convenient tractatus notri evidentia sancirentur.

Deinde religiosa vota suaе clementiae quibus subveniendum miseris definivit synodali conventui confirmata commisit, offerens videlicet sacris pontificibus tomum, obsecrans pariter et obtestans ut quidquid illic venustioris esset calami respersione congestum synodalis potentiae conderetur ordine titulorum. Tunc nos pro suscepto a principe tomo gloriam dedimus Deo et eidem principi benediximus glorio.

Idem tamen princeps postquam votorum suorum insinuationem peregit, a conventu concilio gratiosus exivit. Tunc post praesentiae principalis abscessum hoc in tomi ipsius allegationem invenimus exaratum.

(*Tomo regio de Ervicio*).

Perlecto igitur praeeuntis tomi necessario institutionum excursso prius de fine sanctae Trinitatis sermocinationis nostraе coepit esse principium... (*símbolo de la fe*).

Unde et has in commune sententias, quas principis hortatu construendas accepimus, communi voto edidimus, quas etiam aeterno referentiae vigore observandas fore censemus.

(12 cánones: en el 10 se cita «tertii diei necessario conlatonis eventu» que respecto dia 4 de comienzo, alude al menos al 7 de noviembre para datar las actas conciliares).

His ergo omnibus synodicis institutis subscriptionis nostrae robur adponimus et sub terrore divino perenni ea quae decrevimus memoriae consecramus, dantes inmortali Deo nostro gloriam pariter et honorem, cuius inspiratione aguntur omnia quae salubriter exercentur; invictissimo quoque atque religiosissimo principi Ervigio regi multiplicem gratiarum exhibitionem persolvimus, cuius clementissimo iussu in unum coetum adgregandi convenimus. Sit illi pax obtabilis et beata: ducat quoque tempora pro cursu longioris aevi felicia, et post imperialia terreni regni sceptra coronandus perveniat ad caelestia regna, praestante Iesu Christo domino Deo et salvatore nostro, qui cum Deo patre et Sancto Spiritu unus in Trinitate vivit et gloriatur Deus in secula seculorum amen.

Ego Julianus indignus sanctae ecclesiae Toletanae metropolitanus episcopus instituta a nobis definita suscripsi.

(*Subscripciones de prelados, abades, vicarios y barones ilustres*). Cixila comes notariorum haec instituta ubi interfui, annuens subscripsi.

## 173

683, 13 NOVIEMBRE

TOLEDO

### LEX ERVIGII REGIS.

— EL ESCORIAL, ms. D. I. 1, fol. 172-177 c. Cop. de 992.  
— Ed. VC, pp. 437-40.

In nomine Domini. Flavius Ervigiusr rex.

(*Preámbulo sobre respeto a los acuerdos conciliares y reiteración de cánones aprobados*).

Quae omnia praemissa synodalia institutionum decreta a praesenti die vel tempore omni cura omnique vigilantia per cunctas regni nostri provincias decernimus observanda(...).

Si quis autem huius nostrae legis violator extiterit(...)disciplinae excommunicationem excipiat et decima partem rei suae fisci partibus sociandum amittat. Quod si nihil habuerit facultatis unde praeditam compositionem persolvere possit, absque aliquo infamio sui quinquaginta eum opportebit ictibus verberari.

Huius igitur legis nostrae decretum quod in confirmationem

huius sacri concilii noscitur promulgatum, gloriosae manus nostrae exaratione subscrisimus et ad perennem memoriam valorem ei perpetuum innodamus.

Edita lex in confirmatione concilii Toleto sub die idus novembris era DCC.XXI, anno quoque feliciter quarto regni gloriae nostrae in Dei nomine.

174

684, 20 NOVIEMBRE

TOLEDO

CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI XIV.

— GERONA, B. C. *ms. conciliar*, fol. 192 c — 197 d.  
— *Ed. VC*, pp. 441-8.

Gesta synodalia quae facta sunt a praesulibus Carthaginis provinciae adstantibus etiam vicariis praesulum in urbis. Toletana in ecclesia beate Mariae sub die XVIII kalendas decembres anno V gloriosi principis Ervigi, era DCC.XX.II.

(*Ervigio ha ordenado celebrar concilio para refutar al hereje Apolinar, y no siendo posible concilio general ordena se reunan los provinciales empezando por Toledo*)... id etiam postmodum ipsi per discreta provinciarum suarum concilia gesta essent illis omnibus in toto communia, utpote ab ipsis edita atque ipsis coram positis roborata(...).

Nos proinde Cathaginis provinciae praesules anno quo supra sub die decimo octavo kalendas decembres in praememoratam ecclesiam debitiss ordinibus considentes causae huius ordines et totius rei negotia retexentes, quibus Romanae sedis fueramus litteris invitati, sic patula et comuni sumus voce exorci.

(*Acuerdos sobre herejía y aceptando sinodo VI de Constanti-nopla*).

Illa igitur apologetica defensionis nostrae responsa, quae ob istorum confirmationem sunt edita pro multorum instructione et utilitate ecclesiastica disciplina, simili honoris et reverentiae vigore firmamus atque ad vicem decretalium epistolarum ea permanenda sancimus.

Donantes in his gloriam soli Deo omnipotenti vivo et vero, in Trinitate regnanti(...) cuius gloriae inmensitatem exposcimus, ut glorioso principi nostro Ervigio regi, sub cuius pace pax servatur ecclesiae, florentis regni diuturnitate temporis spatia praebeat(...).

Peractum concilium die dominico sub die XII kalendas decembres anno quo supra.

Interfuerunt huic sancto concilio potices XVII:  
Iulianus urbis regiae metropolitanus episcopus suscripsi.  
(...)

**175**

[680-686]

NOTITIA CONDITIONIS SACRAMENTORUM  
EGICAE REGIS.

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 202 b — 209 c. Cop. de 976.*

— Cita VC, pp. 450-1.

Illud mihi primo in loco dicendum occurrit, quod divi patris nostri et socii regale sortientes fastigium gemino me sentio iuramenti rete implicitum, ita ut si unum ex his observantiae cautela conservem ex alio nicilominus in periurii crimen videar recidisse.

Egit enim idem divus sacer noster Ervigiis princeps inter caetera, quibus me incauto et inevitabili conditionum sacramento adstrinxit quum adhuc mici gloriosam filiam suam coniugendam eligeret, ut omnimoda sacramenti me taxatione constringeret, quo pro omni negotio filiorum suorum ita me ipsum obponendo sollicitus essem, qualiter eorum causae ad victoriam pervenirent, et quidquid me pro quibuslibet causis imperasset in omnibus iussa eius implerem(...).

Acta sunt ista et specialibus conditionum probantur nexibus inligata.

(...) Inter caetera conexionum capitula his verbis habebatur expresa: 'Circa cognatos meos filios vestros quos de gloria coiuge vestra domina mea Leuvitona regina progenitos habere videmini, tam carum me amicum in sincera mentis dilectione sine fraudulenta calliditate exhibere et esse polliceor, et ita cum eis in affectu dulcedinis et caritatis omnibus diebus vitae meae vivere spondeo, ut nec ipsos nec patrem eorum pro quibuslibet capitulis aut ordinibus vel occasionibus quolibet tempore inquietare aut stimulare debeam, nec ullum dolorem nullamque malitiam in corde vel animo meo contra eos amodo et deinceps quandoque retinebo aut excogitabo, neque aliquam occasionem aut argumento enutriebo per quod aut praefata ancilla sponsa mea sive iam no-

minati filii vestri, qui de totiens dicta clementissima coniuge vestra domina mea Leuvitona regina progeniti sunt aut in maximum aut in modicum conturbentur vel stimulentur, excepto propter iustissimas causas unde legalis mici veritas patuerit quas ut cum caritatis affectu ad eosdem cognatos meos quarere debeam mici licentiam reservo. Et tamen de promtissima dilectione et caritate eorum nunquam recedebo, nam et pro causis eorum quas aut ipsi contra quibuslibet personis habuerint aut si quisquamque contra eos pro quibusdam rebus intenderint, ita usquequo advixero in eorumdem filiorum vestrorum adiutorio cum omni mentis meae intentione in quantum valuero et Deus mici dederit posse exsurgebo et inten-debo, veluti si pro causa propria mea, ut nec illi damnum aut perditionem quamquamque sustineant et negotia eorum cum Dei auxilio me intendente, agente et prosequente celeri ad effectum perveniant'.

176

[687, 14 NOVIEMBRE]

NOTITIA CONDITIONIS SACRAMENTORUM  
EGICAE REGIS

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2*, fol. 202 b — 209 c. *Cop. s. 976.*  
— *Cita VC, pp. 450 y 465.*

(...)Haec inquam iamdicto principi sub iuramenti cautione promittens aliud e contra me tempore mortis sua inpegit, aliudque agere impulit: scilicet ut non ante regnum adirem nisi primum strictis me iuramentorum vinculis alligarem, ut iustitiam commissis populis non negarem.

(...)Aliae iterum conditiones ex communi voto sese nobis retractandae obiciunt, ad quas prefatus princeps Egica in regno adscitus iuramentorum suorum vota Deo reddidit, quum se iustitiam populis redditurum promisit ac ne quemquam contra iustitiam laederet iuris iurandi adtestationem devovit.

177

[672-687]

[DIEGO ÁLVARO]

EXERCITATIONES SCHOLARES.

— M. *Col.* Gómez Moreno, pizarra *or.* 390 × 220 mm.  
— *Ed.* GM, pp. 74-8.

.....m  
.....rium unum  
.....unum  
.....um unum  
.....eus sestaria dua  
.....arium unum  
.....arium unum  
.....et emina una  
.....emeri eum sestis et mei eo  
.....adere meos  
.....e mea  
.....emere tuos per e meo  
.....detes eos sestis a me de meiore  
.....sores des sestis meis ei meos  
.....latevde meo sestis ereos tuos tenere  
.....eo regere meo testes e meo te  
.....nil degere testis emere ei meo  
.....leones ei muneo sestis egeres ie meos  
.....canea te detes sestis ereos emeri des  
.....onores ex meos lite mei dedere eos detes  
.....e reges temore ego et regem e suo detes emeret  
.....alio eia temore te redere me

---

...de me Ubamba...  
...ego te defigendo regere.  
Efiliena det onore meo edere...  
Erugio de meo detet onore  
Eruigio ego rogo a Deo regere detet  
meis ibi degeret egeres erugio regeret  
domnus magior e meo sestaria dederet  
domnella per e meos datos amore retuli  
e meos tegeret ei Godesteo et adies regere te  
eleito dedere det lederem temere regieres meos  
turbato egere temore sub anatema erigere meo  
tiereo e meis eia rederi et ei testare suo detes  
eia testes e meos timeo damnare tuos me detet  
medero e meo emere det e meos ei sereneos te detet  
eseronia emere detet eo testare meo  
ego temere det meo teste Sereneo et ego ereos degere me  
sestarium et ereos te det et eos  
ereos tenere det mecum me det et e rege meos  
et mane dege testare meo de meo emeres eo

ei det et me e meos eis eredes egere det et deo  
...autem temores egere ei ego a Deo regiere meo  
e segetei eius temeo detes emeri eis eius  
egeres me dare emere meo te  
e meo mi Emeterio est memore de meo  
sartem temeri e mei detet te e meo  
medato de meo rigeret  
sestarios date e meo Millea  
tieiri edere mei melia semene det  
fieremian dederet eilia te emere  
e meos te memores temore tuo seo  
emere tu dederes meo rigere mereo  
procola te sestario ei  
et meo teste ereo ereo tuo potere det et  
ei te bite meo emeret morte  
laresco dato regem Rome agere meo  
e meos det regere eo sestari  
de socros meos eo sestarium  
te onore eis terese me sale det et  
ego Mesale meis regeret et egere  
e meos me de meo temero sero regere  
temeres de meo te eremo me dederetes memores det limo meo rores  
redere / edere te e meis et adere testare e meo ereis detes montes  
egeret eo / de meo eia meis testare regem eos regeret aderem ego  
teste liteo e meo detes / emeres et egeres e meo date egeres rege  
meo dege temeres ego temeo / me egere temeo temeo me dederet  
rege temerem sortem redere meos / te agere meo des eos memores  
meos me regerem et e meo regeres te eum / ego regere ostes meos  
testare a me agere meos ageres dederent eos et ereos tibi / agere  
et redrerem ex eremo memore meos regere dum egeret eo / et e  
meos me regiere et te regiere memoret meo teste meo rege / detes  
ei regere tueri et detes temore mortis agere eremo sit / e meo agere  
detet te emere eos te detet / et ego temore meo regio in eremo  
sestarium tegere e meos / de teste.

Ore meo Emeterium e rege teste, ego Emergeso teste, me,  
Garseane teste, ego Etereo teste.

178

[post 687]

ESCHATOCOLION CARTULAE COMMUTATIONIS

- M. AHN, código 1452 b, fragmentos 17-18, pergamo original 90 × 295 mm.  
unidos ambos fragmentos.  
— *Cit.* MU. DV. pág. 8.

...n... sig]num... arn [...rog]itus...re[l]igi et s[ub]s[cripsi]. †  
Teudangild[us] rogitus [anc] commu[tationis uel repensationis car-  
tolam religi et] subscr[ipsi]. † Uigor rogitus a supr[a]iscrip[tis anc  
cartolam com]mut[ationis] ac repensatione religi et s[ub]s[cripsi].  
† Gil[d]i[m]irus rogitus as supra iscrip[tis anc] cart[ulam c]om-  
mutationis hac repensationis s[ub]s[cripsi]. † Erpemala rogitus a  
supra inscriptis hanc cartolam commutationis bel repensationis re-  
ligi et testis s[ub]s[cripsi] d[ie] et anno que supra ic annotat.  
signum. † Maternus qui hanc commutationem fieri voluit. † Theude-  
bertus rogitus a supra scriptis hanc commutationem uel repensa-  
tione religi et testes s[ub]scripsit[...]

179

688, 11 MAYO

TOLEDO

TOMUS EGICAE REGIS

- EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 202 b — 209 c. Cop.* de 976.  
— *Ed.* VC, pp. 449-52.

In nomine Domini. Flavius Egica rex reverentissimis patribus  
in hac sancta synodo residentibus.

(*Expone los problemas derivados de los impuestos de su pre-  
decesor y suegro Ervigio.*)

Datum sub die quinto iduum maiarum.


180

688, 11 MAYO

TOLEDO

CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI XV.

- EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 202 b — 209 c. Cop.* de 976.  
— *Ed.* VC, pp. 449-74.



(PÁGINA EN BLANCO)

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Incipit synodale decretum apud urbem Toletanam editum anno primo serenissimi et ortodoxi Egicanis principis sub die quinta iduum maiarum era DCC.XX.VI.

Apud urbem Toletanam in ecclesia praetoriensi sanctorum aitorum Petri et Pauli omnes Hispaniae Galliaeque pontifices adgregati numero LX dum cunctis residentibus in aspectu singulorum sese in alterutrum caritas diffusa monstraret alternisque vocibus relatio gratiarum Deo redditu sonisset, adfuit idem serenissimus Egica princeps placida devotionis arce sublimis et cernua culminis reclinazione laudabilis, quique in medio pontificum positus humoque postratus sacerdotum Dei se commendat orationibus deinde surgens et sufficienti exhortatione concilium adloquens innixa tomo sui culminis vota Dei sacerdotibus tradidit relegenda.

'Ecce —inquiens— beatissimi patres, omne quod loqui me vobis aut circumloquitio onerosa cohibuit aut communis sermo forsitan explicare non sinit hic brevi sytlo complicuit, hic liquida renotacionis insinuatione conieci; his quaeso adtendite, his pertractatis deliberationis ferte inconvulsibilem sencionem'.

Tunc nos oblatum a rege tomum suscepimus et dantes gloriam Deo eidem principi benediximus, quo discedente haec in iam dicti tomi complicatione repperimus.

(*Tomo regio de Egica*).

Agnita igitur huius tomi serie vel perlecta, primum nobis illud ordine consequenti occurrit, quo primitias nostri spiritus Domino consecrantes conlationis nostrae primordia a sanctae fidei soliditate inciperent ordienda.

(*Profesión de fe; exámen de los capítulos enviados por el papa Benedicto II sobre la profesión de fe; cuestión planteada por Egica sobre incompatibilidad de dos sucesivos juramento prestados a Ervigio su antecesor y suegro*).

His itaque excursis quae placido dispositionis fine conclusa sunt, damus soli Deo gloriam et honorem, poscentes eius profusissimam pietatem, ut eius virtus atque potentia et nostrarum solvat mentium ligaturam et gloriose amatori Christi Egicani principi nostro adtribuat felicem regni retentare sceptrum felicioris vitae ducere cursum ac diuturnum cum pace in populis tenere imperium, eo praestante qui est rex omnium regum et cuius regnum manet in saecula saeculorum amen.

(*Confirmación de los cánones por el rey Egica*).

Ego Iulianus urbis regiae metropolitanus episcopus haec canonum statuta subscripsi.

(*Siguen suscripciones de obispos, abades y condes*).

**181**

[post 688, 11 MAYO]

[TOLEDO]

**LEX EGICAE REGIS**

— EL ESCORIAL, *ms. D. I. 2, fol. 202 b — 209 c. Cop. de 976.*

— *Ed. VC, p. 471.*

Item data lex in confirmatione concilii generalis sub anno primo regni glorioosi Egicanis principis nostri.

Discretis eximiis temporis nostri gestis synodalibus praefaventes, quibus et doctrinae sacrosanctae fidei haurimus copiam et indisolubilis iuramenti novimus confractum esse catenam, in lege promulgata decernimus ut ea ipsa quae inconvulso canonum vigore decreta sunt ab omnibus cautissima et diligentí observatione serventur.

Si quis autem his ipsis definitionibus contraire voluerit decima suarum rerum parte multabitur et excommunicationis insuper sentencia ferietur.

Finit.

**182**

691, 14 MAYO

[BAILÉN]

**CONSECRATIO ECCLESIAE**

— BAILÉN, junto puerta castillo, desaparecida. *Cop. JIMENA, Obispos de Jaén, Madrid, 1654.*

— *Ed. VI, núm. 312.*

† In nomine Domini. Locuber acsi indignus abba fecit, et duos coros ic construxit, et sacrate sunt sanctorum Dei eglesie, pridie idus mai [era DCC.XX.VIII, anno] quarto regno gloriosissimi domini nostri Egicani.

183

691, 1 NOVIEMBRE

ZARAGOZA

CONSTITUTIONES SYNODI CEASARAUGUSTANI III

— EL ESCORIAL, ms. D. I. 2, fol. 232 b — 234 a. Cop. de 976.  
— Ed. VC, pp. 475-81.

*Synodus Caesaraugustana.* In nomine Domini. Incipiunt gesta synodalium habita in urbe Caesaraugusta, sub die kalendarum novembrium era DCC.XX.VIII, anno quarto ortodoxi atque serenissimi domini nostri Egicani regis.

Sacerdotes Domini...se debent auctoritatis munire sententia (...) Et ideo quia nos divina celsitudo ex jussu excellentissimi et piissimi magnique Dei cultoris domini nostri Egicani principis in hanc Caesaraugustanam urbem coadunari praecepit...

Idcirco(...)conspicua diligentique ratione pertractantes...in brevibus atque continuatis capitulis cuncta definivimus et ad perennitatis suae roborem ea quae a nobis acta vel definita sunt propria manus nostrae exaratione firmare procuravimus.

...(Cuatro cánones sobre asuntos eclesiásticos y un quinto sobre las reinas viudas)... propria deliberatione censemus ut... placuit nobis omnibus ut abinceps cuncti(...) placuit universo coetui nostro hoc statuere vel potius definire, ut(...).

Quicumque igitur superiores constitutiones, quae salubri consilio a nobis definitas esse noscuntur, violaverit vel execrari quamcumque factione pertemptaverit aut permisserit, noverit se excommunicationis percepturum sententiam atque etiam exilii damnationis diurno tempore incurrere iacturam.

Peractis quoque a nobis quae congrua fuerunt de ordinibus ecclesiasticis, in primis immensas laudes omnipotenti Deo(...) deferimus, deinde ortodoxo et serenissimo domino nostro Egicano regi...multiplices gratiarum actiones persolvimus.

184

693, 25 ABRIL

TOLEDO

TOMUS EGICAE REGIS.

— GERONA, B. C. ms. conciliar. fol. 202 d — 215 a.  
— Ed. VC, pp. 483-8.

*Angel Canellas López*

In nomine Domini. Flavius Egica rex sanctissimis patribus in  
hac sancta synodo residentibus.

Novit, beatissime patres, serenitatis nostrae gloria sublimitas  
synodicae advocationis studia nutantis saeculi obstare ruinam et  
fidelibus populis congruam salutaris vitae impendere disciplinam.  
Quapropter ortodoxae fidei religione permotus... universitatem  
sanctitudinis vestrae christiana mentis devotione convenio... in  
regendis populis praestantiora mihi subsidia praeparetis et consi-  
liorum nutrimenta salubria afferatis.

(*Enumeración de los puntos a considerar por el concilio*).

...Per inseparabilem omnipotentis Dei adiuramus, quia in pre-  
fatis dirimendis negotiis, quae se vestro coetui audienda emerserint,  
nulla personarum vel muneri acceptatio intercurrat nullus se favor  
interserat nullus tepiditatis incuria promulgare iustitiam quae Deus  
est obstrepit, sed puro examinationis libramine causarum iurgia  
terminantes et iusta Dei iuditia vobis prae oculis adponentes uni-  
cuique parti aequitatem pandere procuretis quatenus ex hoc nostrae  
mansuetudinis praestolata a Deo mercedis praemia conqueriratis et  
rectitudini vestri iudicii coram nobis honorabiles sitis, atque ante  
Deum semper honorum operum gratia polleatis. Datum sub die VII  
kalendas maias anno feliciter VI regni mansuetudinis nostrae  
Toledo.

**185**

693, 1 MAYO

TOLEDO

**EPISTULA EGICAE REGIS.**

— GERONA, B. C. *ms.* conciliar, fol. 202-215 a.  
— *Ed.* VC, pp. 516-8.

In nomine Domini. Flavius gloriosus Egica rex, omnibus sanctissimis patribus in hac sancta synodo residentibus.

Ecce sanctissimi in Christo patres et apostolico dogmate fidelis  
populi ducatores, synodicae adgregationis vestrae unionem illo  
fiducialiter hortatu convenio quo religiosum nobis vestrae sancti-  
tudinis praefbeatis sufragium, nostraeque promulgationis consultus  
porrigatis omnimode praestolatum(...) Quatum culparum noxam  
remittere procuramus, tantum profanatorum transgressio inolitur  
et crebris perfidiae ausibus praepedita subruitur(...) Quorum  
denique sceleratorum, qui et in preteritis et nunc perfidasse detecti

sunt, praevericatione compellimus coetus vestri universitatem consulere, ut quid de talium excessibus, qui in praeteritis vel nunc usque mihi met deliquisse noscuntur, agere serenitatem nostram conveniat(...).

(*Perdón para Teudemundo, numerario de Mérida*).

Datum sub die kalendas maias anno feliciter VI regni nostri in Dei nomine sedis nostrae Toletu.

186

[ante 693, 2 MAYO]

[TOLEDO]

DECRETUM SYNODALE.

— GERONA, B. C. *ms.* conciliar, fol. 202-215 a.  
— *Ed. VC.* pp. 513-5.

*Decretum iudicii ab universis editum.* Actuum Apostolorum probata satis et veneranda narrat historia quod Iudei crimini prodictionis dampnatione nequaquam Spiritus Sanctus super reliquos undecim in lapsu caelico est diffusus, quo adusque Matthias ab omnibus est praeelectus in loco eiusdem apostolus, obinde scilicet, quia undenarius numerus transgressionem significat mandatorum.

Et quia Sisibertus Toletanae sedis episcopus suo facinore denotatus nostro ex corpore constat abscissus, ob id summopere numerositati nostrae convenit studere ut in loco eius alio subrogato perfectioni debitae corpus nostrum reddatur(...).

Idcirco nobis omnibus in unum collectis isdem Sisibertus episcopo nostro est conventui praesentatus atque infidelitatis suaem machinationem patuli oris est affatu professus.

Unde nos per huius decreti nostri formulam saepe dictum Sisibertum secundum edictum priscum synodicae sanctionis ac decretum de talibus promulgatae legis ab episcopali ordine et honore deicimus a perceptioni corporis et sanguinis Christi excommunicatum in exilio perpetuo manere censemus, in fine tantum communionem per omnia precepturus, excepto si eum principalis pietas cum sacerdotali coniventia delegerit absolvendum.

(...)

Ob id nos cum consensu cleri ac populi ad saepe dictam Toletanam sedem pertinentis praedictum venerabilem fratrem nostrum Felicem episcopum de Hispalensi sede, quam husque hactenus rexit, in Toletanam sedem canonice transducimus(...).

Quod videlicet collegii nostri decretum gestis synodalibus a nobis in concilio fore deffiniendis sociandum decernimus et locum illic debitum ut obtineat definimus.

**187**

693, 2 MAYO

TOLEDO

**CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI XVI.**

— GERONA, B. C. *ms.* conciliar, *fol.* 202-215 a.  
— *Ed.* VC. p. 482-521.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Incipit synodus Toletana XVI. Dum sexto anno inclyti et orthodoxi domni et principis nostri Egicanis sub die VI nonas maias era DCC.XXX unanimitatis nostrae conventus in praetoriensi baselica sanctorum videlicet Petri et Pauli adgregatus consisteret atque unusquisque nostrorum ex more secundum ordinationis suae tempus in locis debitis resideret, rerum prius omnium Domino devotissime gratiarum iura persolvimus(...)ut, serenissimum ac religiosissimum praedictum Egicanem principem(...)fidei suae conversatione stabilitat, prorrogatione iustitiae muniat, pace locupletem reddat(...).

His devotione promptissima actis coepit unionis nostrae numerositas de rebus spiritualibus mutua conlatione inter se orsa diffundere, atque eventum rei spectatione mansuetissima praestolare.

Igitur, dum ea attentius agerentur sic iisdem excellentissimus princeps (...) nostro sese coetui intulit ac gloriosi capitis verticem cernuo voto reclinans, nostris sese Domino precatibus commendari precensuit, propriis manibus tomum nobis deferens reserandum in quo suae devotionis vota et reliberationis piae desideria sistebant stylo gratissime exarata.

(*Discurso del rey Egica*).

Quem tomum ab eo unanimitas nostra suscipiens eidem principi benediximus eoque e nostri medio discedente eiusdem tomī seriē reseravimus cuius dictorum textus subter annixa serie declaratur.

(*Copia del tomo real de Egica*).

Reserato igitur tomo et quaequaē eius series retentabat diligenti indagine perlustrantes, inmenso mole gaudii cordium nostrorum arcana exaestuant.

(*Fórmula de fe*).

Sanctae etenim fidei mysterium oris nostrae confessione pan-

dentes, ad capitula, quae ob disciplinam ecclesiasticam moresque male errantium componendo necessaria sunt unanimitatis nostrae articulum flectimus et quae opportuna sunt discretis capitulois definimus.

(10 cánones; en el décimo sobre los que quebrantan sus jura-mentos se dice):

Et ideo si placet omnibus qui adestis haec tertio reiterata sententia vestrae vocis eam consensu firmate. Ab universis Dei sacerdotibus, palatii senioribus, clero vel omni populo dictum est: 'Qui contra hanc vestram definitionem venire presumpserit sit anathema maranatha, hoc est, perditio in adventum Domini, et cum Iuda Scarioth partem habeat ipse sociisque suis'.

Finitis consumatisque omnibus, quae ob disciplinam ecclesiasticam necessario fuere definienda vel reliqua nostro coetui ob diremptionem extitere delata, omnipotentissimae et indivisibili Trinitati ineffabilium gratiarum iura dependimus(...).

(...) Ego Felix indignus urbis regiae episcopus haec decreta synodalia a nobis edita subscripti.

(Suscripciones obispos, abades, vicarios y condes).

## 188

[post 693, 2 MAYO]

[TOLEDO]

### EDICTUM EGICAE REGIS.

— GERONA, B. C. ms. conciliar, fol. 202-215 a.  
— Ed. VC, p. 515-6.

*Lex edita in confirmatione concilii.*

Synodalis conventus et numerosa adunatio sacerdotum eo venerabilior cunctis perpenditur, eo nichilominus terribilior cernitur, quod in medio coetus eorum praesentia individuae Trinitatis adesse nequaquam ambigitur(...).

Unde gloriosa serenitas nostra eam quae unanimitas eorum de- prompsit, immo quae per ora illorum Spiritus Sanctus promulga- vit (...) per huius legis nostrae decretum firma in perpetuum manere decernit, inconvulsibili consistere auctoritate et omnimum robor obtinere decernit, scilicet ut a praesentis diei temporis que articula omni vigilantia, omni sollicitudine (...) quaeque sunt pro disciplina vel utilitate ecclesiastica in hac synodo definita (...) per cunctas regni nostri provincias ab omnibus custodiantur et

absque aliqua scrupulositate vel controversiae obpositione serventur.

(...) Si quis igitur earumdem definitionum constitutiones temere praesumpserit, detrahere nisus fuerit et miserabili ausu eis contraire temptaverit, ecclesiasticae excommunicationis sententia ferietur et rerum suarum quinta parte multabitur.

**189**

[ante 694, 9 NOVIEMBRE]

[TOLEDO]

**TOMUS EGICAE REGIS.**

— ROMA, B. Angélica, ms. 1091, pp. 150-155 a. *Cop. s. IX-X.*  
— Ed. VC, pp. 523-7.

In nomine Domini. Flavius Egica rex sanctissimis patribus in hac synodo residentibus.

Quo mentis ardore quantisque facibus serenitatis nostrae sublimitas religionis sanctae amora succensa exaestuet, nec verborum prolixa potest ratione deppromi nec litterarum apicibus admotari; quia in quantum fides christiana spiritualium virtutum lumine ineffabili comparatione corruscat, tantum sensus nostri brevitas necdum valet eius enarrare mysteria.

(*Los judíos no cumplen los acuerdos establecidos*)... sic quoque ut quid de illis cunctisque rebus ipsorum agere conveniat canonica vestri coetus sententia patenti stylo constituat, quod nostrae legis censura perpetim stabile manere decernat.

(*Los sacerdotes que ofrecen misas por vivos*)... tanti quippe facinoris admissum vestro concilio commitimus extirpandum (...).

His igitur praemissis causis populorum negotia vestris auribus intimata cum Dei timore prudentiae vestrae commitimus dirimenda (...).

**190**

694, 9 NOVIEMBRE

TOLEDO

**CONSTITUTIONES SYNODI TOLETANI XVII.**

— ROMA, B. Angélica, ms. 1091, pág. 150-155 a. *Cop. s. IX-X.*  
— Ed. VC, pp. 522-37.

In nomine Domini. Incipit synodus Toletana XVII decurrente imperii anno religiosissimi ac serenissimi domini nostri Egicani regis septimo sub die quinto idus novembris, era DCC.XXX.II.

Dum in ecclesia gloriosae virginis et confessoris Christi sanctae Leocadiae, quae est in suburbio Toletano ubi sanctum eius corpus requiescit, plerique Spaniarum et Galliarum pontifices convenissemus, debitibus nobis in locis residentibus affuit isdem gloriosissimus princeps ferbore sanctae devotionis accensus sanctique spiritus munere plenus, et in medio nostri consistens inclytum caput reclinans sese a nobis benedici poposcit et orationum nostrarum effusione Domino commendari optavit. His itaque ut moris est actis tomus manu propria nobis optulit inquiens:

(*Discurso del rey Egica*).

Qua sacri oris suis oratione finita, e medio nostri benedictione percepta abscessit. Tunc unusquisque nostrorum residens suo in loco tomum ipsum reserari praecipimus, et quae necessaria erant alterna collatione pertractare curavimus.

(*Tomo de Egica*).

(*Símbolo de la fe*).

Qua nostra credulitate, ut sanctorum patrum adunatio edidit, reserata atque finita ad ea quae sunt subsequenter agenda definitionis nostrae articulum vertimus.

(8 cánones, y en el 1.<sup>º</sup> se recuerda:)... oportune instituendum credidimus in initio totius adunationis, ut trium dierum spatiis percurrente iejunio de mysterio sanctae Trinitatis vel aliis spirituilibus rebus sive pro moribus sacerdotum corrigendis, nullo secularium assistente, inter eos habeatur collatio...

(*Acción de gracias y preces por el rey*).

(*No hay confirmaciones*).

191

[post 694, 9 NOVIEMBRE]

[TOLEDO]

LEX EGICAE REGIS.

— ROMA, B. Angélica, ms. 1091, pág. 150-155 a. *Cop. s. IX-X.*  
— Ed. VC. p. 537.

*Lex in confirmatione concilii.* Congruum satis genti ac patriae nostrae atque expedibile perpenditur omni ecclesiae, si ea quae synodali definiuntur conventu principali confirmentur stylo.

Idcirco per huius legis decretum serenitatis nostrae mansuetudo decernit, ut omnium capitulo rum sententiae, quae in hac sancta synodo promulgatae noscuntur, firmissimae stabilitatis obtineat robur, id est, de tribus diebus quibus in initio concilii nichil aliud agendum iubetur nisi tantum de fide ac de aliis rebus spiritualibus, nullo interposito... (*siguen los títulos de los cánones aprobados*).

Quarum omnium constitutionum decreta quique temeranda considerint, observare noluerint, venerari neglexerint, cuiuslibet sint generis, personae vel ordinis, secundum praecedentium conciliorum leges, quae in confirmatione eorum sunt promulgatae, sive excommunicatione seu etiam damno maneant usquequaque multatae.

**192**

[696, ENERO-OCTUBRE]

**PRECEPTUM MEDEMAE.**

— M. AHN, *cod. 1452 b*, fragmento 13. Perg. or. fragmentario. 165 × 222 mm.  
— Ed. MI. pp. 42-43.

† Medema, Hodesindo, Gabinio et Sisimiro. Per anc nostram iussionem uos iubemus ut ad petitionem fratri nostri Involati, Egilanem diaconum, Leubegildum, Iulianum presbiterum et Gomanem talem placitum et... tum eis... debeatis, ut sine aliqua benalita...os...s succedant qualiter inter partes opi...itiam ordinare debeamus.

Datum sub die quarto...as ...feliciter nono et secundo regno gloriosissimorum... [dominorum nostrorum Egicani et Wi] tizani regum...

† Medema subscripsi.


**193**

[saec. VII ex.]

[DIEGO ÁLVARO]

**VECTIGALIA RERUM RUSTICARUM.**

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra or. 390 × 220 mm.  
— Ed. GM, núm. 34.



3. Doc. 192. Praeceptum Medemae.

(PÁGINA EN BLANCO)

...monium...  
...ius in alio cuso qui...  
...in alio cussso sistari II...  
...aia sistari I e meo egeret ei...  
...citi osio sistari II det ei regem...  
...meis egeres... de meo detes...  
...mei...iussis tria e meos per iu...  
...degere tria oxio cusei...suis eis...  
...egeres duos e meis...

194

[saec. VII ex.]

[DIEGO ÁLVARO]

VECTIGALIA RERUM RUSTICARUM.

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra *or.* 480 × 290 mm.  
— Ed. GM, núm. 35.

ego de meo dego suo...  
e meo degerem tuos eis cor eo des...  
ereses tuos saceros et ego e meos...  
...aia ieriliana meis abeo...  
sestari una...  
...e meos...

---

Notitia de ceuaria, qoto tuo:  
Leontius sestaria ei...  
Elliseo ei detes regem et ego egravi ei,  
augeris te a me...  
eis sestaria dua...  
...sic...  
...fiere...  
et egeres ei...

195

[saec. VII ex.]

[DIEGO ÁLVARO]

VECTIGALIA RERUM RUSTICARUM

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra *or.* opistógrafa, 320 × 222 mm.  
— Ed. D. pp. 97-8.

† Gandiricus per manu sua ss I...n divers... sextarii  
...tua ss. Ualentinus ss I ad modi... quart...  
...ere... ne cia a modio et quartare...  
...Natouigius a modio et quartare gu...  
...Teoudotis modio et quartare gu...  
...Gulduradi modio et quartare Ram...  
...la ad modio et quartare minus uncia...  
...ad modios duos et semodio Uistrildis mano...  
...sua ad modio et quartare. Todulfus ss I ad...  
...pro di... Uinilder ss. I...  
...d. lite...s ss I que...  
...de ss I ...s dionis...  
...di...  
...Teodulfus ss II cose...sequi. dic... modius de...  
...e Uitellu ss I c...  
...Emiteri et. Igodia ss II cos... tris...  
.....

---

...si ...omines saior... emina faris emina III...  
...Rodericus ss I emina Fragola emina...  
...atite...  
...Stefredo ss III Aragefredus in alterca ss I...  
...dulfus piro filie sue ss IIIIII...  
...uigius... eri... c Cessio ss I...  
...liu... ss I... eri I...cl...ia...  
...os cusso ss I Deucidius ss I, Ranila...  
...in alio cusso es I. Aloricia ss I. Uistrildina...  
...alios cussos ss I. Argutor ss I...lomaredus in...  
...alios cussos ss I es...mus matri Decentini...  
...sestaria dua ac...ro...si is...ndem...  
...saior...in alios cussu Iermina f...ula in tercio...  
...t...ednus c...suum...  
...Trasemundus in alba...  
sestaria dua. Godulfus et d... tis...  
...so ss III Marcellu...  
...s in Tiliarco...

196

[saec. VII ex.]

[DIEGO ÁLVARO]

VECTIGALIA RERUM RUSTICARUM.

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra *or.* 115 × 100 mm.  
— Ed. D. pp. 99-100.

...hauere...  
...riuldi in quanto cu...  
...o denarius in alio cuso...  
...edeuindus in alio cuso...  
...otes una Agilo inter a...  
...Argerredus sest[arius...  
...us sestario uno emina a...  
...te Freda in alias...  
...r sus...

...eis sestari uno emin[a...  
...e regione demici I...  
...cussu sestario unu eminas a...  
...sestario uno sir...  
...alari sestaria...  
...alio cusso sesta...  
sestari]o uno Argeredus...  
ses]tario uno...

197

[saec. VII ex.]

[DIEGO ÁLVARO]

VECTIGALIA RERUM RUSTICARUM.

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra *or.* 111 × 111 mm.  
— Ed. GM, núm. 39.

† Ualerie...  
sota sistaria d[uo...  
ispasanda sista[ri...  
Ualeria un alio c[usso...  
Ualeria in alio c[usso...  
prima per...

e meo ego tenere dua sestaria II

198

[saec. VII ex.]

[DIEGO ÁLVARO]

DISTRIBUTIO CEREALIS.

— M. *Col.* Gómez Moreno, pizarra *or.* 140 × 80 mm.  
— *Ed.* D. p. 101.

= ...a ta emina...  
 ...]r = ...tino eminam...  
 ...]ro = ...eius dua mar[...  
 = Paulus ses[...  
 = sestario uno...  
 = Burila sestaria ual[...  
 = sestaria dua ade[...  
 = et  
 = Barosa sestario u[no...  
 = Ualentinam sesta[...  
 = frater sestaria...

199

[saec. VII ex.]

[DIEGO ÁLVARO]

NOTITIA ASCIPTIONIS

— M. *Col.* Gómez Moreno, pizarra *or.* 200 × 110 mm.  
— *Ed.* D. p. 102.

...Eugami duo s[es]taria in...  
 ...fates unu...  
 ...Leonis duos...uerici unu...  
 ...maiures infantes duo...  
 ...Ispinaueli infantes quatuor...  
 ...auj [Ui]tii inf[an]te unu...  
 ...Emidi infante unu...  
 ...ateri infante unu...  
 ...co ...ito unu...  
 ...anulli unu...  
 ...megeti infantes tris...

*Diplomática Hispano Visigoda*

...Simplici unu...  
 ...Matisius tris...  
 ...ga ...ri uno...  
 ...Saperius un...  
 ...infan[tes...

**200**

[saec. VII ex.]

[DIEGO ÁLVARO]

VECTIGALIA RERUM RUSTICARUM

— M. *Col.* Gómez Moreno, pizarra *or.* 200 × 100 mm.  
 — *Ed.* D. p. 103.

...ta...  
 ...riu unu...  
 .....  
 ...ma s...  
 ...sset...  
 ...miter ...a...  
 Goliulfus sestarium...  
 ...cussu sestaria ...a...  
 ...cussos sestaria ...a...  
 ...tri...  
 ...bogirot alios cussos...  
 ...tarium et emin...  
 ...quartare sestari...  
 ...ma ...ris unu...  
 ...rie...

**201**

[saec. VII ex.]

[DIEGO ÁLVARO]

RELIQUIAE CHARTULAE

— M. *Col.* Gómez Moreno, pizarra *or.* 130 × 90 mm.  
 — *Ed.* GM, núm. 43.

...eferes...  
 ...edori unam...  
 ...ei in tunio erei II...

*Angel Canellas López*

...a nibeis nostris si...  
...ad susei...oid...  
...os qm leug...  
...dar...

**202**

[saec. VII ex.]

[DIEGO ÁLVARO]

EXERCITATIONES SCHOLARES  
*Psalm. 90, 1-2*

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra *or.* 220 × 150 mm.  
— Ed. GM, núm. 44.

qui abitat in adiutorium altissimi in protitionem Dei celi con-  
mora.

dicit Dominus susceptor meus et redintor meus.

(*Seis series de numerales romanos que suman ocho*).

**203**

[saec. VII ex.]

[DIEGO ÁLVARO]

INVOCATIO EPISTULAE

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra *or.* 100 × 60 mm.  
— Ed. D. pág. 105.

...nomine...  
...Patri et Filii...  
...Sancti tui...  
...dicit uestras...  
et dicens Domine...  
meam audis i[...]  
time te stas que...  
tus ciricus...  
...n...

204

[saec. VII ex.]

[DIEGO ÁLVARO]

NOTITIA PECORIS

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra *or.* 97 × 102 mm.  
— Ed. DZ, pág. 77.

...et...  
...suscepto solido uno...  
...ilus verbice uno letori...  
...ver]bice uno. Valerio verbi[ce...  
...illo pro arata pa...  
...rivo modius VI o...

205

[saec. VII ex.]

DISTRIBUTIO COMPANICI

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra *or.* 72 × 38 mm.  
— Ed. DZ, pág. 76.

...m cique modios...  
...quet portab...  

---

...modio...  
...m septe ques...  
...en debiat port...

206

[saec. VII ex.]

DISTRIBUTIO CEREALIS

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra *or.* 40 × 62 mm.  
— Ed. DZ, pág. 73.

...ce]uari[a...  
...ceu]aria I...  
...s ceuaria...  
...ceuaria...  
...ceua]ria...

[saec. VII ex.]

¿ ?

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra *or.* 81 × 55 mm.  
— Ed. DZ, pág. 72.

...escu...  
...g. ficaverint...  
...apiliter qu...  
...nari nume...  
...mabiliter...  
...iter mauren...  
...nsores er...


[saec. VII ex.]

#### NOTITIA SOLUTIONUM

— M. Col. Gómez Moreno, pizarra *or.* 96 × 95 mm.  
— Ed. DZ, pág. 69.

...se a...s. meseru...  
...bene med... fensa in se r...  
...tore... c ... e Deus deue  
...in t...ra uersario s...  
...e alius comodo iusse...  
...a grande gannation[e...  
...t de anno tertio et i...  
...no ex gan... al...

—  
...co uiri...q...  
...me quam a... ausem...  
...omines fis...mine...  
...atore debia...esest...  
ce]uaria modius...es de nostro...  
...ter manus debit tremisse[m...  
...retabit ad Toleto re...  
oue una quanti nu...  
...domne illos oues d...  
...sos uinise...



4. Doc. 209. Chartula emptionis.

(PÁGINA EN BLANCO)

209

[saec. VII ex.] 25 NOVIEMBRE

EPISTULA EMPTIONIS

— M. AHN, código 1452 b, fragmento 19, pergamino original. 104 × 50 mm.  
— Cit. MU. DV. pág. 8.

...e]mtio...mono...  
...propter uaccam q[ua]m m[odo...  
...ori]s presentis ego tibi u[ndo...  
...quod si minime fece[rim...  
...em ut abeas pot[estatem...  
...te et dua[s u[acca]s...  
...zou ego... ad p...  
...septim[o kal]end[as] decembres...  
...Fr[ug]ianu[s...  
...  
...  
...tes]tis subs[cripsi  
—  
...quod [sup]erbum...

210

[saec. VII?]

CARTULA OBLATIONIS

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 8.

Dominis sanctis atque glori[o]sissimis et post Deum nobis f[or]tissimis patronis uenerandis illis m[ar]tiribus, quorum reliquiae in basilica qui in loco illo fundata est requiescunt, ill. et ill. peccatores serui uestri. Piaculorum nostrorum cupientes expiare flagitia et peccatorum nost[r]orum oneris praegrauationem orationum uestrarum desiderantes adiutorio subl[euar]i, parba pro magnis offerimus munuscula. Nullius qui[d]em in hoc seculo hominum uo[s] in[d]igere ce[ns]um scim[u]s, quia iam p[er] sa[nc] tifi[ca-

tionen do]minus noster suo in reg[no] pr[o]pitio dictatos munere cumulauit. Ergo pro lumi[n]aria ecclesiae uestrae atque stipendia pauperum uel qui in aula beatitudinis uestrae quotidianis diebus deseruire videntur, donamus gloriae uestrae in territorio ill. loco ill. ad integrum, sicuti a nobis nunc usque noscitur fuisse poss[ess]um, cum mancipliis nominibus designatis, id est, ill. et ill. cum uxore et filiis, similiter aedificiis, uineis, siluis, pratis, pascuis, paludibus, aquis aquarumque ductibus uel omni iure loci ipsius; [omnia], ut diximus, gloriae uestrae deseruientes pro luminaria ecclesiae uestrae atque stipendia pauperum uel substancia sua absque episcopali impedimento post iure gloriae uestrae perpetuo tempore debeat vindicare, ut nec uendere nec donare nec modicum aliquis alienare praesummat, sed integrum, ut nostrae oblationis continet forma, perpetuo tempore cultores ecclesiae uestrae post uestro uindicent iure. Quod si quispiam ex cultores basilicae uestrae ex hoc, quod prona uoluntate et sincera deuotione obtulimus, per tepiditate naufragauerit aut per quolibet contractu uel modicum a ius sanctae ecclesiae ustrae alienare presumpserit, nullatenus ualeat, sed ubi hoc successor eius primum esse repererit, ut legis est exinde sentencia, nullius expectato iudicio sine alicuius controuersia in iure sancto uestro faciat reuocare. Quod etiam iuratione...

**211**

[saec. VII?]

CARTULA OBLATIONIS

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 9.

*Alia, quam facit rex, qui ecclesiam aedificans monasterium facere voluerit.*

Domino glorioso ac triumphatori beatissimo ill. martiri ill. rex. Si beneficiis diuinitus nostra compensetur oblatio, paruipenditur quod offerimus, qui quod sumus, quod uiuimus, quod ueri capaces quodque regno praediti et rerum domini sumus, caelesti largitate perceperimus. Sed quoniam omnis oblatio pro fidei quantitate et sinceritate pensatur non putamus esse minima quem magna fides Deo consecrat. Superno enim nobis dono praestitum congaudemus ecclesiam tuam gloriose martir ill., nouis fundamentis nouisque

culminibus sublimare. Hac dum sit nostra erga omnibus sanctis familiaris oblatio omniumque martirum patrocinia sedulis officio [si]tatibus expectamus, uoto tamen consilioquae caessimus euidenti parientia et clarioribus factis uestrum, beatissime martyr, implorare fauorem. Ergo ut nobis et apud Deum et apud uestram dignationem sors beatitudinis commodetur, congregationem monachorum in eundem locum quo sacrosanti uestri corporis thesauri conquescent esse decreuimus, quibus iugiter Deo uestraeque memoriae condigne seruientibus et iuxta patrum more, qui monachis norman uitae posuerunt conuersantibus, sit uotum nostrum consumata mercede firmissimum et perpetuitate temporum propagatum. Offerimus ergo gloriae uestrae de patr[i]moniis nostris pro reparationem eiusdem ecclesiae, pro luminaribus iugiter accendendis, pro adolendis odoribus sacris et sacrificiis Deo placabilibus immolandis, pro uictu regularium uel uestitu eorum monachorum qui in uestro monasterio morabuntur, pro susceptione peregrinorum et sustentationibus pauperorum posessionem cui uocabulum est ill. cum mancipiis, terris et uineis omniq[ue] iure eius atque adiunctionibus ad mematum locum pertinentibus et loco ill. et ill. Quarum posessionum ius semper et usus pro nostrarae perpetuitatis mercedem nostrisque abluendis delictis uestro sit nomine dedicatus,nihil exinde quolibet sacerdote ad ius ecclesiasticum comutante nihilque abbate in quamlibet personam quodlibet contractu transferentem; sed quod offerimus ea sola ministeria suppleant et officia quae superius manent taxata. Hoc diuino testimonio per etates succidas futuros praemonemus abbates, ne[c] uotum hoc nostrum sua qualibet tepida conuersatione dissoluant. Quod si a rectitudine regulari uel abbates uel congregatio ipsa declinare tenta[u]erint, sacerdotali censura correpti ad norman reg[u]larem ducantur. Obtestamur etiam eos quibus post foelicissimis temporibus nostris regnum dabitur per aeterni regis imperium, sic Deus Gotorum gentem et regnum usque in finem seculi conseruare dig[n]etur, ut de nostris oblationibus cunctis, quibus Deo placere studuimus, nihil auferre, nihil emutilare prae sumant, dum nos euidentius constet pro nostram et pro Gotorum salutem talibus Deo placere uoluisse muneribus. Si quas autem deinceps auctoritates deuotio nostra glorioso uestro conscripserit, nomini, huius auctoritatis uigore constabunt. Suspice hoc munus, gloriose martyr ill., meretisque tuis diuinis uultibus offerre.

**212**

[saec. VII?]

**CARTULA OBLATIONIS**

— M. BN. *ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.*

— *Ed. ZF y MW*, núm. 10.

Dum catholica mens prouidum animae remedium concupiscat et sinceritas cordis erga Deum prompta faciat manere cordis arca, totis simul *uiribus* defixam deuotionem testatur quod huma-nus *animus* in Dei amore fragletur. Sed dum rerum omnium creator et conditor munere quo ipse tribuit muneratur, fidem potius ac fidele munus intuitu placatur. Offerre [qu]ippe liceat pecator[i] pro emundatione criminum, pro a[d]missa culpa facinorum, pro amputandis moribus quo[rum] probris imprimimur delictorum, et commissate interueniente, gloriose martir ill., *nosta* a nobis procul dubio possunt abstergi piacula. Et quia in illo cumulo adcrescit *nosta*re intentionis uotus, ut hoc, quod sancta uestra cella exiguum habere uidetur, largire satis optimum pensaremus...

**213**

[saec. VII?]

**DONATIO SPONSALITIA**

— M. BN. *ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.*

— *Ed. ZF y MW*, núm. 16.

Cum in principio dominus noster cuncta generaliter ordinasset, disposito perfectoque omnium elementorum opus hominem suae imaginis similem plasmare dignatus, inde dilectio coniugum, inde dulce gratia liberorum. Ob hac re oportunum est ut quicquid prona uoluntas depromet in titulis, saltim perfecte ostendatur in meritis, quatenus et antiqua consuetudo conscribatur in cartis et quidquid benigna uoluntae offertur grataanter suscipi amplectique delectet gratia coniugis. Quoniam nihil in coniuge dando quis efficitur pau-

per aut exul a rebus redditur suis, dum sponte illud nitit[ur] offerre  
quod sua dignissima potest fama coniugi, ob hoc donare me indul-  
gentiae tuae profiteor et dono hoc et illud...

**214**

[saec. VII?]

CARTULA TESTAMENTI

— M. BN. ms. F. 58, fol. 75-90. Cop. s. XVI.  
— Ed. ZF y MW, núm. 26.

Ill. sanus sana mente integroque consilio, metuens humanae  
fragilitatis casus ne me mors repentina subripiat, testamentum  
meum fieri elegi de rerum mearum proprietatem, ut dum de rebus  
humanis discesser[o] obitumue naturae reddidero...

**215**

[saec. VII?]

INVOCATIO ET ADPRECATIO

— AUTUN, B. munic. ms. 107, fol. 46. Perg. «probatio pennae» circa 731.  
— Ed. R. págl. 71.

*Christus.* Honemundi vita Deus benedicat amen.

**216**

[saec. VII?]

INVOCATIO ET INTITULATIO

— AUTUN, B. munic. ms. 107, fol. 70. «probatio pennae» circa 731.  
— Ed. R. págl. 71.

In nomine Domini. Manefricda.

**217**

[saec. VII?]

**INVOCATIO ET INTITULATIO**

- AUTUN, *B. munic. ms.* 107, *fol.* 70. «*probatio pennae*», circa 731.  
— *Ed.* R. pág. 71.

In nomine Domini. Ego ille vinditor.

**218**

[saec. VII?]

**SUBSCRIPTIO**

- AUTUN, *B. munic. ms.* 107, *fol.* 93'. «*probatio pennae*», circa 731.  
— *Ed.* R. pág. 72.

† Honemundus rogatus ic testis scripsi. Honemundus ic fuit et  
subscripti.

**219**

[saec. VII?]

**CARTULA VENDITIONIS**

- AUTUN, *B. munic. ms.* 107, *fol.* 105' «*probatio pennae*», circa 731.  
— *Ed.* R. pág. 72.

Ego ille uinditor, fratri illio emtori. Constat me tibi vinderet  
iuris mei nomine illo natione illa n... cep...

**220**

[saec. VII?]

**INVOCATIO ET INTITULATIO**

- AUTUN, *B. munic. ms.* 107, *fol.* 121, «*probatio pennae*», circa 731.  
— *Ed.* R. pág. 72.

In nomine Domini. Ego ille vinditor...

[saec. VII ex.?]

CONDITIONES SACRAMENTORUM

— EL ESCORIAL, *ms D. I. 1, fol. 451'*. *Cop.* de 992.

— *Ed.* CD, LXXIV (1907), pág. 574.

Hee sunt sacramentorum conditiones quas iure iurando utuntur. Iuro per Deum patrem omnipotentem, qui fecit caelum et terram, mare et omnia que in eis sunt, et per Iesum Christum filium eius Spiritumque pariter sanctum. Iuro per angelos, archangelos, tronus, dominationes, virtutes, principatus, potestates, querubin et seraphin. Iuro per quatuor evangelia et duodecim prophetas atque duodecim apostolos. Iuro per sanctam Mariam virginem et genitricem domini nostri Jesu Christi secundum carnem. Iuro per omnes martyres Christi, doctores ecclesie, papas, metropolitanos, episcopos, abbates, presbyteros, confessores, virgines, heremitas, reges vel populos fidelium Christi atque per omnia que sunt sancta. Iuro per cardines coeli et fabrica mundi et omnia elementa atque astra caeli. Iuro per incarnationem Christi et nativitatem, apparitionem, circuncissionem, pasisonem, resurrectionem, ascensionem, sanctum pentecosthes atque per tremendum diem iudicii venturum. Iuro per sanctum sacrum altarium quod in hunc locum constitutum est et manibus contineo et per sacramenta que ibidem continentur. Iuro per sanctum evangelium quod inferius hic subsequitur.

Et si super has predictas conditiones aliquod mentior vel ingenium interpono fallaciter, sim ab omnibus taxatis perpetim anathematizatus. Et in evo inruat me quod descendit super Sodoma et Gomorra et super Datan et Abiron viros sceleratissimos quos vivos terra obsorbuit, demumque in barathro precipiter a demonibus mancipandum.

Lectio sancti evangelii secundum Matheum. In illo tempore dominus noster Iesus Christus loquebatur discipulis suis dicens: 'Amen dico vobis: quia quecumque alligaveritis super terram erunt alligata et in caelo. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quecumque petierint fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum medio eorum'.

222

[saec. VII ex.?]

CONDITIONES SACRAMENTORUM

— HOLKHAM, B. lord Leicester, *ms.* 210.  
— *Ed.* U. pp. 578-9.

*Item conditiones.* Conditiones sacramentorum ad quas ex ordinatione illius iuramenti sive illius et illius sicut et iurare debent et omnia quae(...)eis(...)et per Jesum Christum sanctumque Spiritum Sanctum paraclitum qui est in trinitate(...) Iurant per XII prophetas et per XII apostolos et per hec IIII evangelia sancta, id est Matheus et Marcus et Luchas et Iohannes. Iurant per(...) Domini. Iurant per ipsum...

Has conditiones manibus suis tenent vel continent, quia oculis nostris vidimus et auribus audivimus, et in hac causa quod testificamus presentes fuimus et bene nobis cognitum manet in veritate.

Et in hoc iuramento nulla fraudis ingenio ponimus, quia sic quomodo in nostram parabolam resonat sic fuerit pro veritate certa. Et si periurant et nomen Domini in falsum tetigerint scientes, descendat super illos ira Dei omnipotentis et iudicium Dei, excelsi trumphae celestis, et sicut segregati a fide catholica et a sancta communione et sint nomina eorum deleta de libro vite et non resurgent ad diem iudicii cum christianis sed cum iudeis et paganis habeant participationem. Et ipsum periurium non sit dimissum per elemosinam nec per ieunium nec per penam nec per confessionem et innocentem qui per eos ad poenam ingestus fuit comprehendat illum pena caldaria.

Late conditiones, die illo, era illa.

223

[saec. VII ex.?]

EXORCIMUS ORDALIAE CALDARIAE

— HOLKHAM, B. lord Leicester, *ms.* 210.  
— *Ed.* U. pp. 579-80.

*Exorcismus de pena caldaria.* Exorizo te aqua calida et ferrum igneum in nomine Patris, Filii et Spiritus sancti, Deus Abraham,

Deus Isahac, Deus Jacob, Deus angelorum, Deus archangelorum, Deus prophetarum, Deus apostolorum, Deus martyrum, Deus omniumque sanctorum unus permanens in sancta trinitate Pater et Filius et Spiritus Sanctus.

Coniuro te aqua calida et ferrum igneum per Deum patrem omnipotentem qui fecit caelum et terram, mare et omnia que in eis sunt, et Jesum Christum filium eius qui in Chanaan Galilee de aqua vinum fecit, cecorum oculos apperuit, surdos audire fecit, mutos loqui, claudos currere fecit et mortuos suscitavit, paraliticos in sua membra reduxit, per ipsum qui tenet clavem Deo et aperit quod nemo claudit, et claudit quod nemo aperit, per ipsum qui tres pueros de camino ingnis eripuit, per ipsum qui Susannam de falso crimine liberavit, per ipsum qui Lazarum et viduae unicum filium de sepulchrum suscitavit et sancta corpora ad caelestia regna perduxit, per ipsum qui mari posuit terminum dicens: 'Usque huc venies et hic confringens timentes fluctus tuos'.

Adiuro vos per hec sancta quatuor evangelia Marcus, Matheus, Lucas, Iohannes qui superposita sunt in sacrosancto altario Domini mei, illa ut appareat hodie virtus et potentia domini Dei, ante quam demones fugiunt et contremiscunt.

Adiuro vos artes maleficiorum, incantationum, venena quicquid, invocatio caldeorum, aruspicum sive veneficum habentes fiduciam redigant.

Super hec omnia invocato nomine Domini qui omnia absconsa patefecit, ut si culpabilis est ille per quod causatur, sit ei pena ista sulphurea et ignea, ut sit ei dictum voce paterna: 'Discidite a me maledicti in ignum eternum qui preparatus est in bollore angelis eius'. Et si innocens est sit pena ista frigida et statim sanus et illesus appareat, et sit ei dictum voce paterna: 'Turbasti me Domine, igne me examinasti et non est inventa in me iniqüitas'.

## 224

[saec. VII-VIII]

### DONATIO SPONSALITIA

— LONDRES, BM. ms. add. 30852, fol. 96. Cop. s. IX.  
— Ed. V. p. 25.

In Dei nomine.

(...)dono atque concedo tibi dulcissime uxori me in propter

amorem dulcedinis tue mancipientes tantos, ideo ill, et ill, et insuper dono tibi in donatione caballo cum freno et sella vestitam quod ad usum mulieris pertinet. In auro vel in argentos C et de omnem omnino rem meam quidquid visus sum avere vel possidere quod aiumentavi, vel deinceps, Deo propitio, adiumentare potuero in omne re, genere, cor ore, in speciis, in mancipientiis, in edificiis, in terris, in vineis, in omnia quidquid dici vel nominari potest decimam partem tibi dono atque concedo secundum kod lex Gothorum continet.

Facta (...).

**225**

[saec. VII-VIII]

CARTULA MUTUI

— LONDRES, BM. ms. ad. 30852, fol. 196. Cop. s. IX.  
— Ed. V. p. 25.

In Dei nomine. Ego nomen tibi nomen. Certum quidem et manifestum est enim, quia prestasti tu nobis solidos, unde debitores sumus tibi. Propterea espondimus nos tibi per unc placitum nostrum, quam tibi admittimus et cavens implere promittimus, ut ad die quod fuerint kalendas mensis anno isto presenti venturo, sic tibi reddere faciam ipsos solidos absque dilatione.

Quod si minime fecero et ad dies placitis nostris non adimpleverim, tunc habeas potestatem am me exigere vel de rebus meis adprendere duplos ipsos solidos.

Facto placito (...).

**226**

700

[GUARDAMUR]

MONUMENTUM AEDIFICATIONIS

— Guardamur (Toledo), cop. G. GONZÁLEZ DÁVILA, Teatro. Madrid 1623.  
— Ed. VI, núm. 370.

In nomine Domini. Bokatus indignus presbiter fecit anno tertio decimo et tertio regno domnorum Egicani et Witizani regum, era DCC.XXXV[III].

227

[687-702]

EDICTUM EGICAE REGIS

— SKOKLOSTER (Upsala), ms. 22. Cop. s. XII.  
— Ed. ZLV, pág. 279.

Precedentium non vicia sed virtutes emulando conlectas inventimus hanc legem iustissime editam, iniuste abrasam. Et ideo ne humanis excessibus turpandi imaginis Dei frena laxentur, in nomine Domini, ego flavius Egica rex, ipsis verbis ipsisque sententiis illo cam iterum ordine introduxi, quo dudum illam previa iudicij principalis auctoritas conlocavit, que sic incipit:

(*Copia de la ley VI.5,13 de Recesvinto*).

228

[post 702], 14 NOVIEMBRE-31 DICIEMBRE

CÓRDOBA

LEX EGICAE REGIS

— M. BN. ms. 10064, s. X, fol. passim.  
— Ed. ZLV, pp. 363-5.

Egica rex. Priscarum quidem legum sanctionibus manifeste depromitur quibus modis quibusque perquisitionum titulis fugitorum latebrosa vagatio reprimatur: Sed dum iudicum diversis occasionibus vel susceptorum fraude eorum fuga occulitur, verum est, quod et ipsarum legum ordo difficile adimpletur, et crescente vitio potior latitantibus aditus propagatur, ita ut non sit penitus civitas, castellum, vicus aut villa vel divisorium, in quibus mancipia latere minime dignoscantur.

Unde reservata anterioris legis illius sanctione, que de fugitivis est promulgata, huius novelle constitutionis decreto censemus, ut (...).

Iudicibus tamen ac comitibus hanc sententiam adimplere iubemus, ut, si ipsi predictas institutiones neglexerint adimplere, legis huius censura tres libras auri persolvant fisci viribus possidentes (...).

Data et confirmata lex in Cordoba anno feliciter sextodecimo regni nostri.

229

[704] 11 FEBRERO

CARTULA DECLARATIONIS CIXAE.

- M. AHN, cod. 1452 b, fragmento 15. Pergamino original, segunda escritura palimpsesto, 230 × 190 mm.  
— Cit. MU. DV. pág. 6.

.....udi manifestum sit... uiritiri  
[.....ins]pecturi quod sic tradere [uobis...]e macer-  
[...proculd]ubio apud me abere [omnes quantitates] quam numero  
.....ordei eis tritici sesto modio quatur... quos  
.....seruo omo meus Lucidius lebabit ego ipse eos mancipisse  
[.....mo]dico et meam dedi professionem de ac causa supradicta  
.....tertio idus fabruari in anno feliciter decimo regno glori-  
[osissimi Witzani regis. Cixa in ac tenori series profesionem meam  
.....relegi  
.....anc profesionem firmaui et testes tradidi et susbcripsi  
.....signum Leoderico et Leuarico et Liuua anc...  
.....am tibi data susbripsi. † Gunsemirus anc proffesi[onem]  
.....subscripsi.  
.....susbripsi. In modio duo de uiginti...

230

[725-731 ?]

CONDITIONES SACRAMENTORUM.

- AUTUN, BM, ms. 107, fol. 153', «probatio pennae», circa 731.  
— Ed. R. p. 73.

† In nomine Domini. Tibi Nambado episcopo propter festina-  
tione et conditionem sacramentorum (...).

231

[saec. VIII ?]

CARRIO

EPISTULA VENEFICII

- M. Col. Gómez Moreno, pizarra or. 232 × 263-206 mm.  
— Ed. GM, in fine.

ad manifestum  
etiam quodvis deponit  
et hoc aperte  
ordet et ratat (Bromodio) et sic quodvis  
res ipsa omnia lucidur et habebit & ego ipsa etiam in ipso anno 1594 et  
hunc etiam apud professores in dictis pluribus suis locis  
atram et rufum brachium in anno f. die 10 eiusdem regno et  
in die 15 eiusdem anni venit proferit non mecumne (egi)  
inter profissionem firmam et certificata dicitur et aff

Viximus et redicimus et viximus etiam anno  
mactuus et consensu et sufficiens  
et sibi  
non obstat nullus originalis

5. Doc. 229. Declaratio Cixae.

(PÁGINA EN BLANCO)

Per aaque dieribus Emeterius recepi omnia que necessaria sunt super evitanciu et laboranciu famuli Diceci, Urtino. Aquro vos omnes patriarchas Micael, Grabriel, Ceciteil, Oriel, Rafael, Ananiel, Marmoniel qui illas nubus coptis tinetis in manus vestras. Estote livera de vila nomine Ciuscau ubi avivat famulus eius Auriolus cum meum cimeterius, cum fratribus vel vicinibus sui vel de omnis posesiones eiusdem; edificantur de vila et de ilas avitaciones eius, per montes vada et revertam ubi neque galus canta neque galina cacena, ubi neque aratore neque seminator semina, ubi neque nula nominare sum.

Aguro te Paloraso per issu dominum nostrum fratrum qui te plicuit in Cirbes civitate ubi non noceas neque arboribus neque colibem obegiam; tiui ibi est meus dominissimus scetru firmu; cum arte furinea eferes oris eius ut eodem riduscat tradiri Aviene puella; per in nomine domini Rufilirius tribuebis eius egriuras cio igie Critofori pigritis eius. Et sine timore a Gandinen et Bracum ad Puvicina orabi per Christoforus a dominu dicens: 'Domine Deus meus, da mici fiducia loquedi; det Dominus redeates unico portus Astureo et non te constristaret sitere; berus sitere que pusideres uia uti dereliquere a mea facineras tuas rapti tenerentur domineo dare meum utere Brosigena casa; manu mutatus est Glatium; det emere. Avites in Regiela; verte ultire adluentur; veni ad locum consumare martyrium I die dominico, ora VII, et revertes grando in pluvia in alia parte mon cimeteri, asistasque in odelerna die in nomine Patris et Filii et Spiritus, in nomine Patris et Filii et Spiritus amen, amen dices semper amen alleluia.

Amen, amen, amen, amen, amen, amen.

(PÁGINA EN BLANCO)

## V. INDICE TIPOLOGICO DIPLOMATICO

Se indica a continuación junto a las nomenclaturas diplomáticas estudiadas en «De diplomática hispano visigoda», los números de los documentos editados.

### DOCUMENTOS DISPOSITIVOS PUBLICOS

#### *Reales:*

- «Leges»: docs. 31, 32, 34, 47, 113, 132, 139, 148, 151, 152, 164, 165, 168, 169, 170, 173, 181, 188, 191, 227 y 228.
- «Tomi»: docs. 130, 159, 171, 179, 184, 189.
- «Precepta»: docs. 12, 36, 95, 97, 98 y 108.
- «Mandata»: docs. 3, 116, 157 y 158.

#### *Episcopales:*

- «Constituciones synodales»: docs. 4, 5, 6, 11, 13, 35, 39, 43, 44, 46, 96, 99, 106, 107, 110, 114, 134, 135, 141, 149, 150, 163, 172, 174, 180, 183, 187 y 190.
- «Decreta synodalia»: docs. 37, 40, 104, 131, 136, 137 y 186.
- «Mandata episcopales»: docs. 7, 8, 102 y 192.

#### *Forenses:*

- «Mandata judicum»: docs. 120, 155 y 223.
- «Declaratio in juditio»: doc. 64.
- «Conditiones sacramentorum»: docs. 38, 83, 143, 145, 146, 175, 176, 221, 222 y 230.
- «Sententiae»: docs. 53, 59, 93 a, 93 b, 93 c, 111, 145, 147 y 154.
- «Libellus accusatorius»: doc. 24.
- «Procurationes»: docs. 84, 85 y 86.

### DOCUMENTOS DISPOSITIVOS PRIVADOS

#### *«Status personarum»:*

- «Cartulae libertatis»: docs. 2, 48, 60, 74, 88, 89, 124 y 128.
- «Cartula oblationis»: docs. 75 y 81.
- «Cartula emancipationis»: doc. 105.
- «Pacta monastica»: docs. 125 y 140.

#### *«Obligationes»:*

- «Cartulae mutui»: docs. 61, 87, 93, 142, 225 y 229.
- «Cartulae venditionis»: docs. 20, 21, 49, 62, 63, 209, 217, 219 y 220.
- «Cartulae conmutationis»: docs. 56, 57 y 178.
- «Cartulae precariae»: docs. 91 y 92.
- «Cartula placiti»: doc. 138.

#### *«Hereditas»:*

- «Cartulae testamenti»: docs. 23, 28, 30, 52, 55, 78, 90, 118, 133 y 214.
- «Libellus divisionis bonorum»: doc. 82.

#### *«Donationes»:*

- «Cartulae donationis»: docs. 14, 26, 58, 65, 79, 80, 112, 115, 119, 122, 210, 211 y 212.
- «Donationes sponsalitiae»: docs. 22, 50, 51, 76, 77, 101, 213, 224.

### DOCUMENTOS DESCRIPTIVOS

#### *Inventarios:*

- De productos: docs. 71, 127, 198 y 206 (cereales); 193, 194, 195, 196, 197 y 200 (rentas).
- De muebles: docs. 19, 70 y 72.
- De semovientes: docs. 66 y 204.
- Fiscales y salariales: docs. 1 y 199.
- Noticias: Docs. 69, 205 y 208.

*Angel Canellas López*

**DOCUMENTOS NARRATIVOS**

*Actas de notoriedad:*

- «Epitaphia»: docs. 10, 15, 18, 25, 29, 100, 103 y 123.
- «Consecrationes ecclesiarum»: docs. 33, 41, 94, 129 y 182.
- «Monumentum aedificationis»: doc. 226.
- «Notitia proprietatis»: doc. 27.

*Actas de procedimiento:*

- «Libelli obsecrationum»: docs. 160, 161 y 162.
- «Acta concilii». doc. 9.
- «Acta tonsurae»: doc. 156.
- «Professiones fidei»: docs. 109, 166 y 167.

*Relaciones consecutivas a una actuación:*

- «Execraciones»: docs. 16 y 17.
- «Epistula beneficii»: doc. 231.
- «Epistulæ»: docs. 44, 117, 126, 144 y 185.

**DOCUMENTOS INDEFINIDOS**

- «Reliquiae formularum»: docs. 121, 153, 203, 215, 216, 217, 218 y 220.
- «Reliquiae cartulae»: docs. 54, 67, 73, 201.
- «Exercitia scholarum»: docs. 177 y 202.